



# Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:


<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.




10. c. 8














I D E A  
LINGVAE BELGICAE  
GRAMMATICA, POETICA  
ET  
RHETORICA.



THE

AMERICAN

REPUBLICAN PARTY

OF THE

ANONYMI BATAVI

I D E A

LINGVAE BELGICAE

GRAMMATICA, POETICA


ET

RHETORICA,

*curante*

EVERHARDO VAN DRIEL

*Schol. Goefan. Rect.*



LVGDVNI BATAVORVM

APVD HAAK ET SOCIOS.

c1c1ccclxxxiii.



NOBILISSIMIS,

AMPLISSIMIS, GRAVISSIMISQVE

VIRIS

GVLIELMO VAN DER BILT,

CLOETINGENSI DYNASTAE, CONSVLI,

DIGNO CORNELIO KEETLAER,

VIRO CONSVLARI,

IOHANNI ADRIANO VAN DORTH,

CONSVLI,



I T E M

VIRO PLVRIMVM VENERABILI,

ERVDITISSIMO,

DIDERICO KAAS,

ORACVLORVM DIVINORVM APVD

GOESANOS INTERPRETI

PRVDENTISSIMIS SCHOLAE GOE-  
SANAE CONSTITVENDAE  
QVATVOR VIRIS

EVERHARDVS VAN DRIEL

S.

**O**, quos Aoniae, Proceres, finxere puellae,

Mattiacos inter nomina magna Patres,

Mnemonas si purae tetigerunt munera lymphae;

Si tangunt magnos munera parua Deos:

Exigui

**Exigui faciles admittite dona libelli,**

**Hei mihi! cur animo dona minora meo?**

**O! ita sim felix, vt, me ducente, Lyceo**

**Iam tandem veniat, quod fuit ante, decus!**

**Tunc ego, tum demum, puto, munera ferre viderer,**

**Dicerer et summis complacuisse viris.**

---

EVERHARDVS VAN DRIEL

L E C T O R I  
S.

**I**mmortalia sunt ADRIANI VERWERI in  
linguam vernaculam merita; cum scriptis  
super ea epistolis, tum hoc maxime libello  
notissima. Qui, licet ANONYMI BATAVI nomine  
circumferatur, VERWERO tamen magno erudi-  
torum hominum consensu tribuitur. vid. HUYDECO-  
PERVS (*Proeve van Taal- en Dichtkunde*  
bl. 453 en 625,) et HINLOPENIVS (*Historie*  
*van de Nederlandsche Overzetting des Bybels*  
bl. 2. volgg. 218 en 224.) Vti vero libri incre-  
dibilis praestantia, sic exemplarium mira hodie est  
paucitas. Et haec quidem causa est, cur iterum eden-  
dum curauerim. Neque enim rem inutilem factu-  
rus videbatur, si quis librum, in quo linguae initia  
optime habeantur, adolescentibus harum rerum stu-  
diosis, ac nonnullis forte vel in Academia versanti-  
bus exhiberet. His autem cum destinatus sit, La-  
tinum exire iussi, quamuis parum concinne scri-  
ptum. At praestat nostris hominibus, Latine non  
doctis, librum cetera egregium tradere. Recte. Sed  
cum eam provinciam susceperit Vir Graeci Latinique  
iuxta ac Belgici Sermonis peritissimus, NICOLAUS  
HINLOPENIVS (lib. laud. bl. 224.,) hoc interim  
Catone contenti simus.

\*

Cete-



*Ceterum, quae nos huc quidem contulerimus, leuio-  
ra sunt. IDEAE nostrae (in quo et ipso titulo  
facile reprehendendi causam nancisci elegantior ali-  
quis poterat.) omnia integra esse volui; nec dubito  
fore plerosque, qui scribendi genus ipsi argumento  
condonent, cum, quod in simili Disquisitionum Pli-  
nianarum a REZZONICO minus eleganter scriptarum  
negotio KLOTZIVS (Act. Lit. Vol. VI. P. II. p. 139.):  
etiam in figlinis pateris gemmas nobis praeberi  
patimur, modo hae probae sint: deinde obser-  
uationes, addidi: non eas, ne libelli moles, ac pre-  
tium adeo augetur, multas; nec, ne non adole-  
scentibus scripsisse videar, doctas.*

*Vale.*

**VENE.**

VENERANDO ET DOCTISSIMO  
VIRO  
ARNOLDO MONENIO,

*Ecclesiae Daventriensis Pastori*

S. P. D.

DAVID HOOGSTRATANUS.

JAM annus est, postquam praecepta Grammatices Belgicae in lucem dedisti.

Quo nomine se non mediocriter tibi debere profitentur omnes, qui aliquo amore linguae patriae tenentur. Neque te ipsum fugit, opinor, quanto cum applausu labor ille ubique sit exceptus. Certe amicus quidam meus et popularis, ut vir est acerrimi ingenii et harum deliciarum amantissimus, simulque eruditionis tuae et lucubrationum a te editarum admirator summus, hoc exemplo permotus schedas suas, in quibus jam olim multa, quae ad notitiam linguae nostrae pertinebant, adnotaverat, excusit, atque inde collegit quae facere possent ad Ideam Grammaticae Belgicae concinnandam. Quo suc-

cesſu id praefiterit , tu optime judicare poteris , qui non ſolum novam nobis Grammaticen ſingulari industria contexuifſti , ſed aperto etiam ad Batavam eloquentiam , et veras elegantias , itinere illuſtre inſuper limatiſſimis tuis carminibus nomen confeſcutus es. Quare rem me facturum putavi nec abſurdam , nec a ſtudiis tuis alienam , ſi hunc libellum , quamvis alienum , quando de meo in praefentia nihil poſſum largiri , tibi inſcriberem. Eum rogo ut benevolus velis accipere , et ubi evolveris mihi ſignificare , quid de eo ſentias. Equidem ſcriptor , cui hunc laborem debemus , quo id facias liberius , voluit latere , neque cuiquam adimere pleniffimam judicandi libertatem , nihil aegre laturus , ſi quis vel in alia omnia eat , vel obtrectandi quoque libidine impuſſus ſibi adverſari conetur. Vale , Vir venerande , et amare me perge. Dabam Amſtelaedami poſtridie Kalend. Jun. clo lccc vii.

PRAE-

# PRAEFATIO AUCTORIS.

**A**Ntequam, Benigne Lector, ad legendum te accingis, parumper gradum siste. Si vel Musas à limine salutasti, haud es inscius, Graecis olim in conscribendi ratione fuisse praecipuè Linguam Communem; fuisse item Dialectos, quas inter Poëtica haud infimam tenebat sedem.

Lingua Communis iis erat Idioma Grammaticis legibus absolutissimum; in analogiâ praecipuè fundamentum; denique Etymologicâ et Syntacticâ figurâ quasi vacuum. Dialectus Poëtica contrâ in hoc distinguebatur, quod esset unde quaque luxurians multiplici figurâ, tum etymologicâ (metaplasma nempe) tum Syntacticâ.

Pari modo scias oportet, et rem nunc se habere penes nos Belgas. Est et nobis Lingua Communis, perfecta, perfectissima; est quoque (\*) Dialectus Poëtica; etiam in hoc diversa, quod, dum in scribendo (pronunciandi enim vagum ac variè tortum genus in alio atque alio Belgii tractu, si etiam (†) Dialectum dixeris, hâc non innuo.) omnem Communis Linguae normam ad unguem adhibere satagit, utatur unâ metaplasmi figuris; et his quidem detractitiis; ut, Aphaeresi, Syncope, Apocope et Crasi. Rogas specimen? in continenti, pro nostrâ Linguâ Comuni  
est

(\*) Spraekbozme. VERW. (†) Landspraak. VERW.

## II P R A E F A T I O

*est quod te mittam (inter complura) ad Versionem Bibliorum Dordracenam, Ordinum nostrorum jussu prolatam post ann. 1618 et 1619: item ad HUGONIS GROTII Juris Hollandici institutiones, patrio sermone: rursus, pro Poëticâ Dialecto, ad profas Equitis PETRI CORNELII HOOFDII, JUSTI VONDELII, JOANNIS ANTONIDAE VANDER GOËS, quos mortuos et vivi nunc aliquot sequuntur haud iniquo ferè passu. Verùm'nè, quenquam obliviose praetermittendo, censeamur injurii, neminem nominamus. Tantumque abest, ut bifaria haec divisio vel hilum officiat linguae Belgicae splendori; ut eximiae potius ei, similiter ac olim linguae Graecae, cedat gloriae et triumpho prae variis populis vicinis, Gallis, Hispanis etc. ejus egenis; adèdque eorum flosculorum lusu et deliciis, quos Metaplasmii nostri hortulus progignit, infra nos sitis.*

*Sunt autem Lingua Communis ac ejus Dialecti eadem inter se proportione; ut, primò Circulus, et contrà multiformes eae lineae curvae; quae, dùm itidem spatium claudunt, à justâ circuli rotunditate abeunt defectivae: (Ellipses vulgò nominant Geometrarum filii) vel, ut secundò in velificandi arte, patriae Genti tam familiari, cursus ille navis, qui, acûs magneticae ductum sequens, est (\*) rectus, ac contrà cursus (†) obliqui. Hinc, quemadmodùm pro curvarum deficientium sive Ellipticarum, aut secundò pro cursuum in velificando obliquorum, symptomatis examinandis et reducendis, frequenter est recurrendum tum ad Circulum, tum ad cursum, qui acu magne-*

*tica*

(\*) Rechte streek. VERW. (†) Hoornstreek. VERW.

*ticâ dictante rectus est: sic eodem planè modo, in negotio Belgici nostri Glossematis, ubi nodi occurrunt; hi frustrâ quaesitantur explicandi in Dialecto quam metaplasmicâ: verùm necesse est provocemus ad Linguam nostram Communem, ceu plenum copiae cornu: est quippe haec penes nos servatrix analogiae, et eatenus perfectè tenax caracteristicarum, quae cuivis orationis parti jam dudùm dicatae; suntque hae quasi linguae oculi: ubi planè efficitur contrarium in Dialecto metaplasmicâ sive Poëticâ: utut enim primariis ejus cultoribus, HOOFDIO, VONDELIO, id laudis meritò referri debeat; quod, per omnem aliam Grammaticen, ritè servant Linguam Communem, ejusdemque se praebeant strenuos statores ac vindices; (dignum sanè, ut sequacibus accendatur animus) tamen ille metaplasinus, jam iis abhinc seculum et in floridi sui argumenti prosam traductus, ludens (instar Poëseos) in figuris detractitiis, eò abduceret tandem; ut, nisi nobiscum ritè distinguatur, caracteristicae, cumque his tota analogia, conderentur humo; et sic ipsi linguae nostrae, velut uni collo, amputatum maneret caput. Istud idem jam animadvertere in causâ esse, cur constriâta, et ad Oratorium numerum castrata, illa Poëtarum dialectus sit imperfectior, mutila, infelix in tractandis Linguae Belgicae elementis; Grammaticâ, Orthographiâ, Profodiâ, Dictionario. Adde, quod ista ne etiam quidem sit de essentiâ Belgicae Rhetoricae. Neque recens nobis jam de coelo labitur isthaec animadversio. Nonne, dum pueri, aut juvenes, Graecè docebamur, id ipsimet experti? Unicae Communis Linguae via, pro elementis nobis calcabatur; calcaturque perpetuum. Testes hâc nobis sint*



## IV P R A E F A T I O

unius, omnium instar, GERHARDI JOHANNIS VOS-  
SII manes. (\*) Ubi contrà dudum receptae, ac  
hodiernùm servatae, characteristicae sub terrâ sepul-  
tae; Linguaeque adeò Communi effossi oculi; quid  
miseræ reliquum penes auctores metaplasticos? aliud  
nihil nisi coecè, et inter nebulam, normam manu  
captare in nudo terminationum putamine; et sic pro  
Regulâ et Analogiâ, vagam nobis et impropriam  
partium enumerationem tradere, ac non Etymolo-  
giam sive originum rationem, at luxatum et aridum  
Symptomologiae conamen: dum eadem ratio origi-  
num, quae amoenissima pars, iis jacet exanimis;  
totique linguae interitum vaticinans. Eamobrem  
elementa ista meritò, quin necessariò, penes nos  
persequenda in Linguâ Communi: haec quippe Bel-  
gici glossematis verè Canon est; dignus eadem asser-  
vari curâ, quâ penes nos solent in Aede Publica  
ponderum et mensurarum Canones; (*Slapers* nun-  
cupamus) ut, quicquid lubrici aut erronei accidat,  
ad horum examen exigatur. Haec illa est quae Re-  
gulas promit, non fortuitò prehenfas, verùm in ipso-  
met rerum nucleo fundatas. Ceditque quidem magis  
prosperè nobis Belgis, incudem hanc tuditare; cum  
genti nostrae, prae omni aliâ, tale quid sit, cui  
Procerès auctoritatis addiderunt robur; (\*\*)

Versio,  
nempe,

(\*) Adeo multus est noster singulis fere paginis in hoc  
de metaplastico sermone, ut vereor, ne quis

Obe! iam satis est! obe libelle

acclamet. Nos, quae de hac re sentiamus, ad Cap. XVII  
dicemus.

(\*\*) Ita de hac sacrorum Librorum interpretatione AR-  
NOL;

## A U C T O R I S. V

*nempe, ea Bibliorum Dordracena: idioma sanè (quod palmarium hïc ducendum est) Grammatico sphalmate ut quod maxime vacuum; neque privati cujusquam fortuita aggressione expeditum nobis; verum cujus ipsi Belgii αὐτοῦμα Ordines, uti reverà sunt, Se Auctores rescribunt (\*): idioma, inquam, cujus Usus, viventis linguae arbiter, à nullo subjectorum potest argui antiquatus esse; quamdiu Ordinum majestate*

(\*) *Eene geauctoriseerde tale. VERW:*

**NOLDVS MONENIVS:** Bziet aen *Hoogstraten* ober de *Schetse der N. Spz.* Ik durve — het onderwys (der gemeene tale) gansch niet haelen uit de *Nederlandsche Overzettinge des Bybels* / hoe goet geheurt van des *Hants Vooge Maghten*; doch (dat wel aen te merken is) niet omtrent de *Letterkunst* in de *Vertaelinge* gebuikt / maer omtrent de *vertaelde zaeken* / uit het *Hebreusch en Grieksch* in het *Nederduitsch* getrouwelyk overgebraght. Want hoewel *Uw* *Brient* dit ytmuntend werk 300 hoog zet / dat hy het in de *Doorzede* noeme *Grammatico sphalmate ut quod maxime vacuum*, en in het boek zelf *Errore, ni fallor, absque illo*, omtrent de geslagten nochtans schynt my het tegenoel toe / en dat — de *Vertaeling* zich zelve alomme niet velyk 3p. — *Ps. XXX: 12.* maakt *rey* vrouwlyk / dat manlyk is *1 Sam. XXIX: 5, Ps. XXXIV: 15.* is *vrede* vrouwlyk / en *Hebr. XII: 14.* manlyk / cetera.

Quod autem dicit **MONENIVS**, sui dissimiles fuisse interpretes, vtpote qui *Zich* et *Hen* promiscue, et illud quidem bene, hoc male adhibuerint: non cogitavit, opinor, veteres; pronomen *Zich* non agnovisse, quo nec vsi fuissent interpretes, nisi perspicuitas aliquando iussisset. Certe sic ipsi (*Resolutien van de Overzetter en Reviseurs aengaende de Duitsche Tale bl. 102.* agter **HINLOPENS** *Hist. van de Nederl. Overz. des „Byb.)* *Zich* placuit, utrique inservire numero, et aptum esse „eo, quod hem en hen saepius ambiguitatem pariant, cum ex „iis de significatione reciproca interdum constare nequeat. ” Plura sunt, quae hac in interpretatione reprehendit **MONENIVS**, in quibus et illud est, quod praepositiones dativo jungat Sic *Ge III: 15,* tusichen unen zaden legi. Sed hunc dativum non esse, in *obl. ad C. V.* ostendam.



## VI P R A E F A T I O

*jestate et imperio, per omnem Suam ditionem in dies singulos impensè aded colitur.*

*Quatenùs nunc, Benigne Lector, restabat tractationis consimilis ideam in eruditorum manus emittere; et haec quidem tibi in medium hæc prodit; orbis potiùs, ac gentis, coram judicio: ut sic fundamenta sternantur, super quae eadem Communis nostra Lingua, arbor cui Dialecti rami, aeternùm maneat incolumis. Estque ille scopus auctoris primus.*

*Ideam hanc ad minus nota potissimum compositam offendas, atque ad generaliora; è quibus particularia sigillatim deglomerare relictum sit aliis: ut neque hic ferri leges è cerebro, (quod scriptori privato nefas) sed è penitissimâ linguae veritate, rectoque item usu, referri videas. Quodque eruditos jure potiores in hoc judicio adsumamus; id Gentis nostrae aequanimis indoles facilè ignoscet: cum nequaquàm repugnemus Grammaticen vernaculè tradi; at id nondùm censeamus maturum: veniunt quippe ibi bene multa, quibus adversus illiteratos, prima specie, nihil proficitur; quae contrà eruditi ultrò capiunt. Horum igitur scena prima ibi agenda: dum non nudum dictionis accidens (genus, casus, declinatio, conjugatio, constructio) ibi rem facit; verum dictio ipsa, ejusque vis et energiea; quae iterum studioso exponi nequit, nisi lingua etiam origine et progressu tradatur, propineturque sermo patrius purus nitidusque, et qui tuus, et qui avi aut proavi. Postea, quando linguae elementa penes eruditos in aperto fuerunt posita, opportune cadit illiteratis scena secunda. Magni JUSTI LIPSII erat verbum quo utebamur modò, Belgae inclyti; et linguae patriae, quò seculo ejus analogo  
egit*

egit propior quam nos, eò magis periti; *cujus et consilium pluris nobis aestimandum quàm omnium undè Novitiorum.* Silendum neque, quod familiarem eum habuit KILIANUS in suo Etymologico aut Dictionario contexendo. Volunt nempe Recentiores aliqui in Lexicis, quae nunc dant, gentem nostram orbam relinqui omni avito sermone, utut intime Belgico: contra quam LIPSIO comprobatum videmus. (\*) Idioma Modernum obtendunt, mihi quamvis stupidiori neque incognitum neque inusitatum; scio enim in solo Metaplasmo positum omne; caetera unum et idem esse cum lingua Communi. Ast Moderni ejusmodi nominis adrogatio estne justus acquirendi dominii titulus, quo, in elementari linguae tractatione, posteros quidquam celabimus? efficiemusque eos, in re sua gerenda. nobis imperitiores? Sunt hęc reliqua multa, et gravia, Civilis Societatis (\*\*) prisca instituta, quae hodiernum vim legis servant; sermone illius aetatis, sed apprime Belgico, concepta: qui jam Magistratui, qui subjectis, officii sui constiterit ratio, nisi ea probe intelligamus? atque unde intellectus, si Lexica non suppeditant? Ideo saepenumero volvi mecum, (volverunt ante me alii) qui elementarem linguae nostrae παιδείαν aliquando in tuto ponerent, oportere viros esse, patriae linguae lectione, non cujuspian singularis argumenti, sed generatim omnigeni, delibutos atque infectos, quique adeo, LIPSII consilio, valerent eam et progressu tradere. Verum enimvero ubi id otii à talibus, quippe in Civili Societate

(\*) Gene tale van de Mode. VERW.

(\*\*) Oude Keuren / Handvesten / Kostuimen. VERW.

## VIII P R A E F A T I O

tate ad celebriora vocatis, haud potest impetrari: ut plurimum evenit, ut ista *παιδεία*, velut merx fluctu adverso in mari natans atque à viris illis gravibus pro derelicta habita, e naufragio in littus deducatur, benigneque accipiatur hospitio ab ingeniis, modo non tenuioribus, aut eam in aciem nimis leviter instructis. Inde tunc omnis Grammaticae imperfectio et penuria; sub qua intereà id omne tolerandum, donec aliquando locupletior fors arrideat. Prospexerunt quidem Proceres, GERHARDI JOHANNIS VOSSII manu, de Grammatica Latina pariter et Graeca. Verum nonne esset majestate Eorum aequè dignum, si non dignius, tantundem et dare praestantissimae Communi linguae patriae? Cujusmodi quid si juventuti nostrae unà daretur recitandum in schola triviali; (adde, si in Dictionario KILIANI cuique primitivae voci jungeretur ratio Generis, aut Conjugationis) nullus, quae nunc summa est turpitudine, hospes maneret in patrii sermones elementis. Nec praeteribo, quantum attinet linguam nostram ex origine nosse; id quidem jam amplius neque mysterii esse neque operis; postquam unum item et alterum popularem nostrum juvit pulverem eum collegisse. Habuimus MARCUM ZUERIUM BOXHORNIIUM, qui hujus argumenti quaedam fecit nobis publica; licet haud absoluta satis. Aut enim nos mittit ad nimis remota; velut Scythica; aut figit pedem in nimium nuperis; ut sunt Theodisca, sive Francica, Alamannica, item Anglo-Saxonica; sive Borealia, Normannica. Clarior, nempe, lux in illum diem nondum effulserat. Habuimus porro FRANCISCUM JUNIUM, F. F. immortalis famae virum, qui pensum istud nobis plane absolvit. Erat in eo  
totus

totus, quo Belgis suis assignaret linguae patriae natalem domum atque familiam; et trita, in eo pulvere, Nestoreae suae aetatis bona parte rem ulterius adducere nequiverat quàm ad eadem Anglo-Saxonica, BOXHORNII instar: ubi, ecce! mero casu, et velut de coelo, ei in manus incidit Euangeliorum nostrorum *Versio Gothica*, Codicis argentei nomine insignis. Ibi tunc liquido illi deprehensum, non absque ingenti gaudio, linguas istas, *Theodiscam et Anglo-Saxonica*, e vetere Gothica directe promanasse: atque in hac Belgis merito figi indaginis hujus metam; quaque altiore nunquam sit opus. (\*) Inde et protinus, communi evulgavit eo modo (suis typis et sumptibus; Dordrecht, apud nos, an. 1665, in 4°.) *IV Euangeliorum versiones per antiquas duas, GOTHICAM sc. et ANGLO-SAXONICAM: unà cum suo Glosfario Gothico, ac TH. MARESCHALLI eruditissimis in utramque animadversionibus.* (\*\*). Cuncto igitur, qui

(\*) Scripsere de linguarum origine **CAMP. VITRINGA.** *Obs. Sacr.* lib. I. c. III. p. potissimum 136. sq. **L. TEN KATE** *Wenleid. tot de kenn. van het verhevene deel der Nederlandsche Spzake* bl. 20—59. **IHRIVS** in praestantissimo *Glosfario Suis-Gothico* p. 3. 39.

(\*\*) Haec et *Amstelodami* 1684. exiit, ac saepius edita est; *Holmiae* a **STIERNHJELMIO**, 1671, *Oxoniae*, 1750, ab **EDWARDO LYE**, addita interpretatione Latina et observationibus **ERICI BENZELII**. Aliam huius interpretationis partem, nonnulla *Paulinae ad Romanos epistolae capita* complectentem, e litura codicis MS. rescripti, qui in *Guelpherbytina Bibliotheca* aservatur, produxit **FRANC. ANT. KNITTELIVS**, *Brunouici* 1762. Est autem, qui Francicam potius, quam Gothicam, siue Geticam esse hanc *Vlphilae* interpretationem existimet. Quo in numero sunt cum

## X P R A E F A T I O

*qui exemplar hoc leviculo nummo comparaverit, lingua Belgica ibi manibus datur palpari; et magis quidem directo ac vicina quaequam alia. Fuit idem JUNIUS ille qui ea profusae doctrinae commentatione de Picturâ Veterum decoravit orbem literatum; sed et patriam: ubi eundem librum sermone vernaculo (De Schil-*

cum alii, tum HICKESIUS, atque LA CROSIUS: qui *Thef. Epist.* Tom. III. p. 78-95, ea de causa Getice conscriptam fuisse negat, quod in coenobio Werdenfi codex ille argenteus repertus sit. Sed, ne dicam cum ERNESTO, *V. C. Institut. Interpr. Nov. Test. P. II. C. IV. § 10. p. 120.* ed. quartae, et in ista regione Getas fuisse: e quo genere sint *Sunila et Fretela* apud Hieronymum, ad quem de dissensu graeci et latini textus scripsere; haec ne dicam, plura pro Getica adfert MICHAËLIS. vid. opus illud Viri eruditissimi princeps: *Einleitung in die Göttlichen Schriften des Neuen Bundes* Tom. I. p. 289-297. edition. posterior. cuius argumenta et ipsa ab IHRIO, KNITTELIO, aliisque accepta, breuiter hic in medium proferre liceat.

- I. „ Scilicet, id certum est e veterum testimoniis, fuisse „ Interpretationem eiusmodi Geticam: de Francica „ quadam nihil apud veteres habetur. ”
- II. „ Deinde vero historia docet, Vlphilan Getas literis „ donasse, iisdemque suam Librorum sacrorum inter- „ pretationem conscripsisse. Itaque, cum veterem „ interpretationem Teutonicam, quae quidem literis, „ non modo a Latinis, sed dimidiam minimum par- „ tem a Graecis mutuo sumtis, consignata sit, in „ manibus habeamus, haec profecto sermone Getarum, ad Istrum olim habitantium, scripta esse dici „ debet. Moesi autem, quorum in regionem pe- „ netrauerant, Latine locuti sunt, Getisque finitimi „ Graeci fuerunt.
- III. „ Tum etiam Codex, qui vocatur, Argenteus mag- „ nam vocabulorum vim complectitur, quorum in „ Francica ne vestigium quidem deprehendimus.

IV.



*Schilderkonst der Antyken) nobis propinavit an. 1641. Principi Henrico Auriaco dedicatum; admirando linguae bene cognitae specimine; dum non metaphrasten, at laxiore animo novum fere auctorem ibi agit.*

*Scopus*

- IV. „ Nec parum huc momenti affert, quod **WACH-**  
 „ **TERVS** (*Glosf. Germ. p. 43.*) vocabula quae-  
 „ dam, Codicis Argentei propria, in Tartaria Minori,  
 „ Getarum quondam fede, inuenerit, cuiusmodi est  
 „ *Swilten*, mori, a *Swalt*, mors.
- V. „ Quo et illud pertinet, quod Vlphilana interpretatio  
 „ non pauca Graecorum vocabula ciuitate sua donauit,  
 „ rit, non illa, linguis Teutonicis cum Graeca ab  
 „ vltima inde antiquitate communia; e quibus eandem  
 „ populorum originem, vel priscum aliquod commercium  
 „ efficere solemus: sed ea vocabula, quibus  
 „ omnes omnino Teutonicae septentrionalesque dialecti  
 „ careant; atque in his nonnulla, quae, nisi perfecta iam  
 „ linguae vtriusque facie, illuc profecta non  
 „ fuere. Exemplum sit **ΑΤΤΑ**, *ἄττα*, pater.
- VI. „ Huc accedunt vocabula et Illyrica, quae neque  
 „ in dialectis Teutonicis reperiuntur, neque gentem  
 „ produnt, a Getis longe remotam;
- VII. „ Et Latina; non ea eruditionem, artes resque sacras  
 „ [qualia et apud Francos permulta sunt.] spectantia:  
 „ sed alia, neque Rhenum inter ac Viadrum vnquam audita.
- VIII. „ Ne vero amplius dubites, faciunt vocabula quaedam,  
 „ quae Getica dixere Veteres. At haec quidem, ceteris  
 „ in dialectis Teutonicis non obuia, in Codice Argenteo et  
 „ Carolino inuenias.

## XII P R A E F A T I O

Scopus alter fuit nobis Metaplasmi Belgici doctrinam tradere ὁλοκέρως; origine, causa, accidentibus, progressu; tum proprium ejusdem usum et necessarium; nempe in Poësi vernacula; denique improprium in quavis alia conscribendi ratione. Quod omne punctum nosse Genti nostrae vel maximi fuerit momenti; postquam Belgica tellus vidit à Poëtis, (ut hi undequaque scansione et numero effervescent) doctrinam hanc et in prosa tam serio adhibitam: non solum quo et hæc verba iis apte caderent, (hoc enim et Communis pollet lingua) sed ut ante oculos essent numerosa auctoris vestigia, lectori vel ἀμύτω absque titubatione premenda: postquam et factum deinde, ut consimilis pragmatia, in floridi sui argumenti scriptione, nunc communiter inter eosdem Poëtas nostros sit accepta ceu tesfera hospitalis. Interea nolim Hi ita me capiant ac si mens ferret id eorum idioma è prosa sua, multoque adhuc minus e lingua Belgica, repellere: ut Horum

IX. „ Denique inter inscriptiones Donianas, a GORIO de-  
 „ nuo editas Florentiae 1731. clasf. 19. n. II. villae  
 „ cuiusdam venditae pactum est, cui subscripserunt  
 „ eadem plane lingua, iisdemque literis, quibus con-  
 „ scriptus est Codex Argenteus. His autem in terris  
 „ [namque Areti, hodie Arezzo vocant, exstat, moni-  
 „ mentum.] nunquam alia, praeter Geticam, gens  
 „ Teutonica habitavit. ”

Atque hactenus MICHAËLIS, apud quem tamen audi et alteram partem. Quodsi quis illud, de quo postremo loco diximus, monumentum inspicere cupiat, adeat is, praeter ceteros. eruditiss. Virum in Obs. ad MALMENII de Reliquiis Linguae Geticae Dissertationem, Belgice redditam (Taelkundinge M ngelingen uitgegeven onder de Zinspreuk Linguae patriae excolendae amore. Leyd. N. I. bl. 82. volgg.)

tum nonnulli, praecipites nimium et perperam con-  
sulti, aliquando minantur innocuae linguae Communi.  
Contra juvanda censeo illa ingenia; atque Rei inter-  
esse Publicae omnigeno comœatu abundare: Quin eo  
ornati adeo ac mirifice compti sermonis specimina,  
metaplasmi ope, coram exteris arguunt jactantque  
longè ac latè diffusam, imò stupendam, linguae no-  
strae potentiam. Addo et Dialecti ejus architectos  
VONDELIUM, HOOFDIUM, aliosque vel nunc ad  
horum exemplar compositos, debere suspici illos esse,  
quorum ope et consilio multiplex norma Grammatica  
nostras ad manus delata incolumis. Solum utile erat  
visum, imò et necessarium tandem, ire obviam pronae  
et temerariae opinioni, velut si Poëtica haec Dialectus,  
nunc porro, unice linguam Belgicam efficere deberet.  
In id linguae non sunt ut flosculis, scansione, numero,  
tudatur tantum: aguntur et alia in Civili Societate,  
quae eo sermonis caractere, amoeni, liberalis, quan-  
doque et ancipitis, se expediri non sinunt: veniunt  
quoque conscribendae Obligationes, et publicae et  
privatae, quae tum in dando tum in faciendo consti-  
stunt; ubi quidem

Non tali auxilio, nec defensoribus istis,

Tempus eget;

Sed tamen unã, caractere licet strictiore, et sum-  
ma sermonis puritas servari datur. Id rectius non  
conferas quàm cum agris nostris: Hi quidem dividun-  
tur in hortos et viridaria, floribus laetissimã; verum  
sic unice dividi civilis ratio non concedit. Rei ciba-  
riae necessitas exigit et arva et prata et pascua ha-  
beri: Nunc, cui sano id erit consilii, et haec cul-  
turae studium non aequè appositè recipere ac hortos  
et



## XIV PRAEFATIO AUCTORIS.

*et viridaria? id linguae munus, ut non in singulari quoddam argumenti specie, sed in genere omni, quod vel in Republicâ alicujus est loci, singulorum mentem aperte, atque ullâ procul lubricitate, referare et definire polleat; item ritè atque ordine se doceri saltem patiatur: id quod in hâc Dialecto, ob characteristicae internecionem, monstramus fieri non posse. Quare doctrinae hujus metaplasmae aperimus limitem, excessum, atque ab excessu praesens periculum. Atque sic tandem aliquandò modus nobis asertus est, quo unâ et Poëtarum nostrorum dialectus metaplasma, et perfectissima nostra lingua communis sint perpetuum sibi conciliatae: ut cunctis, tum pro animi ductu tum pro argumenti ratione ac more, in posterum nunc liceat, altâ sub pace et concordia, glossema Belgicum colere et promovere sapienter: ac cuique tersè scribenti dignum maneat decus; ei qui communi linguâ, suam; suam huic, qui dialecto Poëtica.*

*Denique, ne quid ad pleniorum linguae nostrae ideam desideres, subnectimus breviter verborum collocandorum leges et pro Poësi, et pro Rhetoricâ.*

*Tu, lector, fruiere benigne ac vale.*

AMSTELÆDAMI.

Kalend. Sextil. MDCCVII.

# L I N G U A E B E L G I C A E

I D E A

## GRAMMATICA.

**D**e Linguae naturâ et constitutione quod doceri potest, ad duo restringitur capita; alterum *elementare*, quae ars *Grammatica* est; *provetius* alterum, quae ratio est *Conscribendi* sive *Componendi*. Utraque mihi bipartita erit: nempe ars *Grammatica* in *Etymologiam* et *Syntaxin*; et *Conscribendi* ratio in *Poësin* et *Rhetoricen*. *Orthographia* subordinatur mihi *Etymologiae*; quemadmodum *Proſodia* *Poësi*.

---

### C A P. I.

#### De Orthographiâ.

(\*) **L**iterae, Belgis frequentatae, poni possunt  
XXVI numero.

Majusc.

(\*) Dicitur quidem **VLPHILAS** Gothorum seculo quarto in Myſia, siue Moesia Episcopus, literas inuenisse Gothicas; (vid. **SOCRATIS** *Hist. eccl.* Lib. IV. c. 27.) adeoque lingua Belgica, suas etiam a matre Gothica accepisse videri posset: docet vero in *Gramm. Angloſaxonica et Moesogoth.* reg. I. p. 2. **HICKESIUS**, *Vlphila* partim ex Latinis, partim ex Graecis literis alphabetum suum integrum sumfisse, adeo ut literarum Moesogothicarum, exceptis solis **⊙** [wh] et **⊙** [the] non inuentor, sed

## 2 IDEA GRAMMATICA

Majusc. Minusc. Potestas.

1.	A.	a.	a.	
2.	B.	b.	b.	
3.	C.	c.	c.	
4.	D.	d.	d.	
5.	E.	e.	e.	ἑψιλόν.
6.	EE.	ee.	ee.	ἦτα.
7.	F.	f.	f.	
8.	G.	g.	g.	
9.	H.	h.	h.	
10.	I.	i.	i.	vocalis.
11.	J.	j.	j.	consonans.
12.	K.	k.	k.	
13.	L.	l.	l.	
14.	M.	m.	m.	
15.	N.	n.	n.	
16.	O.	o.	o.	ὀμικρόν.
17.	OO.	oo.	oo.	ὠμέγα.
18.	P.	p.	p.	
19.	Q.	q.	q.	
20.	R.	r.	r.	
21.	S.	s. ſ.	f.	
22.	T.	t.	t.	
23.	U.	u.	u.	vocalis.
24.	V.	v.	v.	consonans.
25.	W.	w.	w.	
26.	X.	x.	x.	

Y,

*collector et confarcinator plane dicendus sit. nec ductae sunt e Gothica illa Graecarum Latinarumque literarum mistura literae Belgicae; sed e Latinis simpliciter. cui quidem rei causam dederunt cum Christianorum Sacra,*  
ab

Y, litera Pythagorae, si simpliciter duplum i vo-  
cale repraesentabit, posset admitti pro 27<sup>a</sup>: (\*) ve-  
rum

ab hominibus maximam partem Latinis plerisque Eu-  
ropae regionibus illata, tum Latinorum scriptorum  
lectio, quorum amore capti, literas Latinas introduce-  
runt eruditi. idque factu facile fuit; erat enim his tem-  
poribus sola fere penes illos legendi ac scribendi facultas.  
Atque hinc patet, vnde nobis venerit non modo vetus  
Romanorum, maiuscula omnis, literarum scriptura,  
sed & minor illa, quae, vt vere CELLARIUS Orthogr.  
Lat. p. m. 2. velocitatis causa, adiuuante barbarorum  
depravatione, adsumta est. Deinde vero vel ex hoc  
discimus, errare vulgum, quod literas ita scriptas  
[ *ŷ*, a cetera ] *Belgicas*, has vero [ *A*, a cet. ]  
solas esse Latinas existimet, cum vel oculorum iudicio  
probante, vtraque forma Latina sit; altera quidem,  
affectato barbarorum ornandi studio, adunca; verior  
altera, ac nonnihil simplicior. Illam formulam initio  
typographiae, quoties de libro patrio sermone con-  
scripto res esset, secuti sumus: sed hanc tandem, vt  
nunc sunt tempora, cum Britannis, Francogallis aliisque  
malimus. Germani aliter; qui cum theodisce scribunt,  
scriptura quadam sua, priscae nostrae simili, vtuntur.  
Sunt tamen, qui simpliciozem illam ament, quos inter  
est GESSNERVS, suauissimus ille bucolicorum auctor.

Ceterum monstri quid videre licet in hac literarum  
tabulla, duplices scilicet *ŷ*, et *ŷŷ*. Quid? an hae  
notae sunt soni indiuidui diversae? Qualem tamen  
literam vocamus. Exfulentur itaque istae. Porro falsa  
quoque est auctoris nostri de litera *j* consonante  
doctrina. Nihil inter est in Lingua Belgica, nisi  
Typothesas et correctores imperitos probare malis,  
inter *ij* et *ŷ*. In Codd. manu scriptis et libris non  
diu post inuentam artem typographicam impressis,  
promiscue scribitur: *iaet. jaet. paet. die. dje. heilicheit.*  
*hejlicheyt.* Vide HVYDECOR. Proev. van *C.* en  
Dichtk. bl. 644. De *ŷ* et *u* fere eadem dici possent,  
nam, si Codd. inspicias, promiscue has quoque li-  
teras scriptas, inuenies. *E. G.* scribitur *nu* et *nu.*  
*geual* et *ungeual.* cetera.

(\*) Nondum video, cur in exsilium mitti litera *Z* debeat.

## 4 IDEA GRAMMATICA

rum **Z** nobis planè potest rejici; ut fit Latinis. porro expressiones sonorum  $\tau\tilde{s}$   $\eta$  et  $\tilde{c}$  per **ee** et **oo** nunc, post complurium dictionum crasin, vagantur aliquatenus. de his quaedam latius post in capite de Metaplasmo.

Figura nostrarum literarum ita excipitur e libris typis excusis; potestas ac nomen e vivo pronunciantis ore.

(\*) Harum literarum XIX sunt consonantes; vocales VII: suntque omnes monophthongae. praeter quas et nobis sunt soni diphthongi et triphthongi. interea contemplationes criticae, qualisnam Orthographia sonos nostros exhibeat adaequatè (si rectè animum advertis) flocci pendent. (†) Nam signis sive literis vis haud inest intrinseca hoc vel illud potius exprimendi; neque alia quam *Usus* iis tribuit. Praeterea, quemadmodum (respondente olim

JC<sup>to</sup>.

Sibili genus apud nos duplex est. alterum mollius, acutius alterum. Quod ne permisceatur in posterum [permisceatur autem vel nunc cum maxime a Frisii] non frustra, ex meo quidem iudicio, sonum illum molliorem elemento **Z** exprimere iubemur. De pronuntiatione **Z** literae Graeca consulatur GERH. IO. VOSSIVS *Art. Gramm. Lib. 1. c. XXI p. 89. sq. itemque p. 90 et 91.* de Latina, cui nec nostra admodum dissimilis esse videtur.

(\*) Hic corrige auctorem nostrum, ac scribe „ Harum „ literarum XX sunt consonantes, vocales reuera V: „ sed figura VI.” Nam **Z** etiam adiciendum, et  $\eta$  nihil aliud esse, quam  $\tilde{c}$ , vidimus.

(†) Recte. Et hoc modo actum est de disputatione ista SMOLLETIANA in HVMFREDI KLINKERI *Itineribus*, quae forte nihil ostendit aliud, nisi descisere hodie a veteri pronuntiandi ratione Anglos. Deinde vero etiam intelligitur, cur non ita male Galli egerint, quod pronuntiationem, a ceterorum usu alienam, recepe-

JC<sup>to</sup>. Ulpiano) (†) *naturâ rerum ita conditum est ut plura existant negotia quam vocabula*; (\*) sic et in linguae nostrae pronuntiatione plures sunt soni quàm literae: unde impossibile, crisin istam definiri unquam. (\*\*\*) Consulant igitur sibi cultores, tum ut notitiam comparent nostrae pronuntiationis, velut praestantissimè viget Hagae-Comitis (ubi Summarum Potestatum confessus) Rotterodami; Leidae item et Amstelaedami: tum ut, in praxi graphices, moderatam sequantur rationem, quâ per totum Belgium ritè possint intelligi; omni superfluitate ac (†) scholasticâ affectatione vacuam. (\*\*\*) IVSTI

VAN

(†) L. 4. ff. de praescr. verb. VERW.

(†) Pedanterie. VERW.

ceperint; praesertim quum eam acceptam, referant Wisigothis, Galliarum olim dominis. Gothi autem ai vt ae vel e, ou vt s, au vt • μινρον adhibuerunt. Vid. IHRIVS *Glosar. Suiogoth.* p. 35. sq.

(\*) Quae tamen cum ita sint, minime malum eorum videtur consilium, qui plures nunc sonos pluribus literis, consuetudine iubente, distinguant. cuius rei exemplum est, de quo paullo superius diximus, Y-Graecorum, Barauorumque ij.

(\*\*) In eandem sententiam GOTTSCHEID. *Grundlegung einer Deutschen Sprachkunst* / ed. 2<sup>ae</sup>. p. 2. §. 3. Die beste Mundart eines Volkes / inquit, ist insgemein diejenige / die an dem Hofe / oder in der Residenz eines Landes gesprochen wird. Et in annot. Man meynt hier aber nicht die Aussprache des Pöbels; sondern der Vornehmern und Hofleute. Denn jene ist z. e. auch in Paris und London / nicht die beste. — Quo etiam modo plebis Haganae, Amstelodamensis, Leydenensis, ac Roterodamensis pronuntiatione comparata est.

(\*\*\*) Res hodie mutata est. certe, qui nunc VONDEL. atque ANTONIDEN hoc in negotio sequatur, inuenias plane neminem. Solent plerique eam scribendi



## 6 IDEA GRAMMATICA

VAN DEN VONDEL, excellentissimi nostri Poëtae, et qui ejus pressit vestigia IOANNIS ANTONIDAE VANDER GOES, exemplum hinc serio commendamus. Etiam extat editio libri Grotiani, de *Inleiding tot de Hollandfche Regtsgeleerdheit / Delft 1652 apud Arnold. Bon excusi*; cujus orthographia est numeris multis absoluta. interest Reipublicae, omnes cives *legendi ac scribendi* compotes esse; hinc certum est orthographiam non poni in prolixâ crisi altove mysterio punctorum, accentuum, vel signorum: quo fit (docente id nos hodiernâ experientia in Persis, Arabibus, Turcis, imò Hebraeis) ut feminae, pueri, ruris, item maris incolae ab eo habitu maneant seclusi.

Hinc orthographiae monita propositum nobis erat concludere: at cum otiosa sint ingenia, rem istam facientia tanti, quasi inde penderet salus Bataviae, pauca de eâ adnectemus in capite de Metaplasmo.

### CAP.

rationem probare, quam ornauit clari nominis vir A. KLVIT *Verhandeling over de Spelling / Werk. van de Maatschapp. der Letterk. III. D. bl. 3. volg.* Quod superest; cum diu multumque inter nostros homines de orthographia certatum sit, nec suis quisque rationibus destituatur, his analogiam, illis vsum caustantibus, non nostrum est tantas componere lites. Vereor tamen, ne iure meritoque TYDEMANNUS. V. C. *Wij voer ons binden geen beter middel / dan het gezag der Taalgeleerden / gepaard en gestaafd met dat der Overheden. quod p. 19. exemplo Academiae, cum Francicae, tum Inscriptionum Bonarumque Literarum, Ludouici XIII ac XIV. auctoritate conditas commendat. V. Vertoog over de dienstige middelen ter verbetering der Nederduitsche Taal. Proeve van G. T. en D. Kunde door het Genootsch. D. A. O. M. bl. 17. volg.*

C A P. II.

De Etymologiâ, Usu, et linguae communis analogiâ.

**A**d Etymologiam nunc nos accingimus. Inter linguarum cultores nullus est, cui non altè sit pectori infixum Horatianum hoc:

*Multa renascentur quae jam cecidere: cadentque  
Quae nunc sunt in honore vocabula: si volet USUS,  
Quem penes arbitrium est, et jus, et norma loquendi.*

Quod quidem illustre pro *Usu* effatum unicè debet referri ad linguam *viventem*. sub hâc agebat. Poëta: talemque ipse tunc conscribebat. *Viventem* linguam dicimus eam, quae Patriam habet praesentem, ubi unâ à Proceribus, à populo, à plebe, tum vivâ voce, tum scripto, colitur ut indigena. quae similem Patriam habuit in praeterito; nunc autem non habet (ut Hebraïca, Chaldaïca, Graeca, Latina) *mortuam* vocamus.

Lingua Belgica nunc est viventium una; deque ea dicturi restringemus nos potissimùm ad idioma (\*) Belgii *αὐτόνομος*, quod rursus haud parum componi

(\*) *Belgio αὐτόνομος* VERWERS noster VII. foederatas civitates intelligit. Quarum idioma haud parum componi videas eet. Haec quidem vere dicuntur. Estque ea passim praecipua quaedam civium imperio, vel opibus spectatorum felicitas, ut sint sermonis quasi domini. Cum enim elegantiores habeantur, et re vera sunt,



## § IDEA GRAMMATICA

poni videas ad exemplum Provinciae Hollandicae: ubi nempe Procerum Generalium, nostrarumque omnium Summarum Potestatum Senatus et Curiae: atque illic (ita per totum orbem fieri asolet sub ditione communi) linguae vulgò coluntur tersiores. (\*) Nostra illa lingua fertilitate, modò non superet,

tum etiam ceteri, et ipsi elegantiam affectantes, vel civium potentiorum benevolentiam cupientes, eorum virtutes non modo, sed et vitia saepe imitantur. Sic olim linguae principatus in Graecia fuit penes Athenienses, in Italia penes Romanos. hodieque regnant hac in re inter Germanos Saxones; inter Gallos Aurelianenses, ac Parisini; inter Italos non Tusci (quod vulgò ex proverbio, *faveilla Toscana in bocca Romana*, credimus.) sed Romani. vid. VOLKMAN *Wetendaagse Historie van / en Reisboek door Italien / D. I. Inleid.* bl. 132. volg.

(\*) Haec satis pro imperio pronuntiat noster. Hercle, si linguae fertilitatem vocabulorum copiam dixerit, ego quidem verbum non amplius addam. Alii, si possint, comparisonem instituant. Id scio [quod dudum me docuit in *Observatt. de verbor. et nom. Graecorum originib. MSS. L. C. VALCKENAER*, vir in his literis facile princeps.] non esse existimandum, sermonis Graeci diuitias omnes (quae quorundam est incogitata opinio.) *Thesaurò Stephani fuisse inclusas. Qui levi tantum oculo copias linguae capacis inspexerit, fatebitur, ad illas ordine digerendas volumina multo plura requiri.* At haec, inquis, doctissimus VERWERS non voluit. Quod vero et in lingua communi et in dialectis fit, in eo nostrum sermonem Graeco simillimum dicit. Dicit, opinor, verborum contextus is est, eaque magis, cum in praefatione ita scripserit auctor: — *ea ornati adeo ac mirifice compositi sermonis specimina, metaphrasmi ope, coram exteris arguunt jactantque longe ac late diffusam, imo stupendam, linguae nostrae potentiam. Addo et dialecti eius architectos, VONDELIIUM, HOOFDIUM, cet.* Sed nihil hic habes, quod in lingua Belgarum praecipue laudare queas. Sic omnes omnino Graecam pariter aequabunt. omnes dialectos suas

Cap. II. De Etymologiâ, Usu, et Analogiâ. 9

ret, saltem aequat priscam Graecam: vt, in limatâ conscribendi ratione, nobis sit lingua *communis*; sintque simul *dialecti*; quas ab illâ unicè distinguunt metaplasmi figurae. definienda quippe *communis* lingua, Idioma Grammaticis legibus, perfectum; in analogiis ut maximè fundatum; denique etymologiâ et syntacticâ figurâ quasi vacuum. de ipsis dialectis nostris post suo dicetur loco. interim *Grammatices* obiectum, per omnia, est lingua communis; non quaevis dialectus: atque in *Orthographiâ* et *Prosodiâ* idem locum habet: Quod non ritè advertisse effecit sudorem quorundam, qui publicâ seriptione hanc incudem tuditare voluerunt, minùs felicem. *Poëseos* ipsius obiectum est dialectus, ad eam peculiariter accommodata. sed *Rhetoricae* obiectum denique, penes nos etiam alia lingua non est, nisi communis: neque ulla vocum tam elegans collocatio, quam lingua communis non ferat aptissimè; aut ubi dialecti subsidio opus sit. tamen videas, qui ornatisimè et dialectum ibi adhibent; ut Equitem PETRUM CORNELIUM HOOFDIUM, IUSTUM VONDELIUM; fortè et alios.

Cum linguâ igitur Belgicâ *Communi* ita est conditum; ut USUM habeamus duplicem; alterum,  
ana-

suas sibi habent; omnes figuras, quae vocantur, Grammaticas Syntacticasque; omnes tamen vicissim, si poëtarum dialectum spectes, a beata Graecorum copia longe absunt.

Quod autem ad linguae Graecae cum nostra convenientiam attinet, laudatur GVL. OTTONIS REITZII *Belgium Graecisfans*. At tamen errant plane, qui cum ipso REITZIO originem Linguae Belgicae e Graeca repetant.

*analogus* qui remansit usque in hunc diem; *anomalum* alterum ille: Rex est et aequus moderator; hic Tyrannus.

Interim de ipso USU penes nos constituendo (de quo filet Horatius) tantum in transitu monebimus, „ *praecipuas hic partes esse Procerum* nostrorum, tum etiam collegii aut caetus cui Hi de „ *idiomatis nostri definitione negotium fortè man-* „ *daverint.* Et quod sic dicam, *gravissimi ponderis* habeo argumenta, quae ultrò scient illi, quibus vel minimum est delibatum de *Jure Majestatis*. In *linguis mortuis* autem paulò aliter res se habet; ibi USUM arcescere datur è probatis scriptoribus tantum; non tamen velut usûs quondam penes suos legislatoribus, sed nudis sequacibus ac nunciis: Quando enim linguae eorum vivebant, nemo sanior eat inficias magisterium usûs tunc fuisse et juris et causae ejusdem ut nunc penes nos. Ast video hic mihi obvios è longinquo Criticorum filios, increpantes, me consortio suo nescio quantum derogare, qui eò evehar ut, in capite de Ufu Proceribus quid ausim tribuere: dum isti privatis suis auctoribus, plurimum quidem collaudandis *in suo genere*, in scenâ hâc personam deferunt omnem, Proceribus nullam. Sed, bona verba! distinguant isti mecum *viventem* linguam inter et *mortuam*; et mox conciliati erimus. Novae sane rei accusare me non poterunt, qui legem mecum conspirantes hic et Grammaticos Collegii rhythnici Amstelodamensis, insigniti, *de Kamer in liefde bloeiende* / qui abhinc sesquiseculum sic statuerunt. 't *Is des Landheers* ende der *Overheids* werk / namelijk / een gebruik  
door

door te setten: dog de bysondere schryvers konnen Boervinken en Waeghalsen verstrekken om 't werk gaende te maken. id est, *pertinere ad Supremam Potestatem ut usui nodus neclatur; dum interim auctores privati, exploratorum in modum, primi glaciem frangere queunt.*

Ubi, similia e characteristicis similibus judicando, communem extruimus regulam; convenientia cum normâ et regulâ communi, est *analogia*: ubi deflectitur à similibus, communisque regula et norma non habet locum, est *anomalía*. ubi denique vel in pronunciando vel in scribendo adhibetur literae, imò syllabae, in dictione additio, detractio aut immutatio; *licentia* haec Grammaticis audit *Metaplasmus*; quae anomalíae est quasi subordinatio quaedam.

Nostra USUS divisio id habet pro fundamento, quod et hodiè in linguâ Belgicâ reliquiae sunt *veteris* cujusdam *analogiae*; plurimaque per omnem Grammaticae partem, quae communem quandam servant normam, aetate nostrâ vetustiore. Etiam suo quoque loco non obliviscimur id hîc monstrare. (\*) quod plus est, si attendimus ad scripta anteriorum seculorum (ante ann. 1600.) reperimus communem eam normam se multò latius exporrexisse; atque

(\*) *Causam corrupti seculo xvi. sermonis ab Albani ducis has in regiones aduentu [qui vero huc an. 1568 profectus est] repetit HUYDECOOPER. Proede van Taal- en Dichtk. bl. 130. Quo tempore, rebus turbatis, de linguae elegantia cogitandi otium non fuerit. Conf. etiam De Nieuwe Bydzagen van Taal- en Dichtkund. D. I. bl. 324.*

atque ei tunc adhuc subditas fuisse dictiones contemples, quae sensim post, et speciatim etiam hodiè, ab illâ analogiâ manserunt deflexivae: in tantum, ut (ad instar SIMONIS STEVINI, Mathematici, cum suo *seculo erudito*) jus sit statuendi, fuisse aliquando tempus, quo nostrae linguae res Grammatica erat in statu maximè analogo; quodque tempus mihi concedatur vocare *Seculum analogum*. Quando autem potissimum id inciderit, nunc valdè difficile foret definitu. id tamen certum, incidisse id jam ante ann. Chr. 1300, quando scribebat noster (\*) AEMILIUS STOKKIUS auctor Chronici Hollandici rhythmici: quippe liber ille, omninò suis stans Grammaticis legibus, jam modo non est vacuus anomaliâ. Quin vero proximum mihi videtur id tempus referri ad Christi seculum decimum; (non antè:) ubi ad linguam Belgicam accesserit lima Flandrica.

Hinc, in studio nostro Grammatico id minimè satis est; si, nudè in exemplum sumentes HOOFDII, VONDELIIQUE metaplasmos ac lusos, (\*\*) queis ita mos, saniores adhuc: cum admisceant multi plebejum dicendi genus) in ideâ componamus particulare idioma, quod et nobis ipsis et aliis pro *communi Belgico* eamus obtrusum. Verum enim verò

est

(\*) Huius opus iterum editum est Lugd. Bat. an. 1772. Tom. III. a B. HUYDECOOPER, viro summo, inscribiturque belgice: *Sijntzongh van MELIS STOKK*.

(\*\*) Qui plebeio dicendi genere utantur, oratores Sacros belle, pro eo ac digni sunt, depexos reddidit FRANCIVS V. C. *Greg. Nazianzenus* van de mededeelzaamheid in 't *Nederlands overgebragt*. in de *Doortred.* bl. 31. volgg.



est in eo negotio procedendum eundem in ordinem, cui *Jurisprudentes* adstricti in enucleando *jure*: scilicet iis primo inspicere incumbit loco, quid ferat Jus Civile; secundo quid Patrium Jus: et hoc, ubi diversum statuit, illi anteferendum; ubi silet, illi addictos manere oportet. ita et in causa linguæ Belgicae, primo spectandum loco nunquid, ista *analogia* suggerat; secundo, quid *usus anomus*; tunc huic, et diversum quid jubenti, obtemperandum; si non jubet, standum est *analogia*. Et sic demum tibi, ex vero, palam fit non idealis et particularis, sed genuinae *communisque*, Linguæ Belgicae indoles. Igitur pari modo ut non nudum Jus Patrium scire, verum adjunctum ei Jus Civile, facit Jurisprudentem; ita et sine analogiae ejus perfectâ, quantum potis est, cognitione omne linguæ nostræ studium est mutilum, imò praeposterum: contra analogiâ bene perceptâ (contraria enim sibi opposita magis elucescunt) et citius et rectius comprehenduntur illapsae anomaliae. Ipse etiam GERHARDUS IOHANNES VOSSIUS disertè ait, *quod in vocum originibus multum refert scire analogias*. Ea propter, ante omnia, viam nos meditari oportet quâ cognitionem hanc potissimum eruamus: estque ea posita in legendo faniorem scriptorem alium atque alium, qui ad seculum analogum accedat proximus; *Stokkium* ante memoratum; item *Procerum ac Magistratum Hollandiae acta publica*, inde à vetustissimis, quae alia non sunt nisi pura *Belgica*, saltem ad usque ann. Chr. 1620: fuere quippe Proceres omni aevo, saepè et soli, in conscribendi possessione; et, ut antè citatum, ad  
 Hos

## 14 IDEA GRAMMATICA

Hos pertinet USUI nodum nectere. Nec HUGONIS GROTII *institutiones Juris Hollandici*; et ANTONII DE HUBERT *Prolegomena ad Rhythmicam Psalmodym Davidis* (ambo vernacula) in pulvere hoc utcumque velim praetermissa; uti neque *Sanctorum Bibliorum Versionem Belgicam*, Ordinum jusfu institutam post ann. J. Chr. 1618 et 1619; librum qui in manu est cunctae aetati, cuncto sexui: (\*) nec denique CORNELII KILIANI dictionarium. Omnia quippe isthaec linguâ Belgicâ communi sunt exarata. In lectione hâc (nam è tempore illo leges Grammaticae nobis nihil alteratae) sufficiens tibi succurrit penus, qui promat multiplicem analogiam, tum quae hodiernum mansit; tum quae illapso usu anomalo obnubitata; qui promat dictiones pictas plenè et integrè, nec per metaplasmi licentiam castratas: unde in ruminanda analogiâ nescio quod compendium. Plenâ enim et integrâ scriptione (ut reliqua taceam) conspicuae nobis exhibentur dictionum Origines et characteristicae Etymologicae: quodque adprimè est notandum, factae tectae etiam manent regulae Profodicae: quod omne unâ metaplasmus ille radicitus evellet et humo condit. ut videas, quanti intersit, ne haec integrè pingendi consuetudo extorris abeat. Neque infimum hic, si ferio advertas, locum tibi merebitur *Versio illa Bibliorum*; quam vulgò *Dordracenam*

(\*) Caue, ne ea KILIANI editione decipiaris, quae *Kilianus auctus* inscribitur, quamque pessime habitam esse queritur FR. IVNIVS in *praef. ad not. suas in WILLERAMVM.* vid. MORHOF. *Polyb. Litt. T. I. p. 752.* ed. quart. Nouissimam curavit G. VAN HASSELT, *Vitruvianae*. an. 1777. II. voll.

*cenam* nuncupamus. Ea quippe in Etymologicâ et Syntacticâ normâ nulli penes nos tractatui cedit; in normae constantiâ omnem alium antecellit, nullo excepto: est ei Orthographiae integritas; abest ferè metaplasmus omnis ac figura Grammatica: denique fulget Potentissimorum Ordinum nostrorum auctoritate, cujus robur ei, et idiomatis nomine, plenissimum est accommodatum peculiari Rescripto. (\*) Et praeterea de eâ traditur; Ordines id maxime curae habuisse, quò augustissimi Eorum nominis proprius foetus eâ prodiret idiomatis puritate, quae esset supra omnem crisin Grammaticam; (†) et ad hoc virorum, linguae nostrae peritiâ clarissimorum, coëgisse coetum; in quo, auspicio publico, omnis rei Grammaticae conditio, prout à seculo analogo tunc retrò obtinebat, metaphrasticisque singulis foret lex et regula, fuit definita. Coetum porrò hunc Grammaticum Amstelaedami habitum, paulò ante ann. 1624; illumque ipsummet esse, de quo Poëta noster JUSTUS VAN DEN VONDEL testimonium perhibet in praefatione Tragoediae *Palamedis*, vet. edit. anni 1625; item in dedicatoriâ *Hecubae*, viro cl. ANTONIO DE HUBERT inscriptâ eodem anno: ambo nempe coetui ei interfuerant. ipsa VONDELI verba libet adnectere. In *Palamede*, **Indien den letterkundigen hier in het vreemde of ongerijmte booz komt / die**

(\*) 29 JULII 1637. VERW.

(†) Cum nullum de hoc grammaticorum senatu, publica auctoritate habito, vestigium existet, VERWERVUM fictam fabulam nobis narrasse ostendit NIC. HINLÓPEN. V. *Ampl. Historie van de Nederl. Overzetting des Bybels.* bl. 218. sqq.



die sal weten dat wy ons daer in gedragen hebben na het letterkunstig besluit / daer van wettelyk t'Amstelredam by eenige digteren gemaakt : en wat de spelling belangt / alsoo ons besluit daer van niet en rept / en dit in elc byzheid staet / soo hebben wy meest den gemeenen sleue gevolgt ; uitgeseyd in weinige dingen : overmits wy tot nog toe nooit ons selven daer in hebben kunnen voldoen ; ook agtende datter soo veel niet aen gelegen is als / met verlos / sig sommige wel inbeelden / *Et. id est, Si quidem linguae studioso hic insoliti quid occurrat aut absurdi, scire eum oportet ; nos hic per omnia pressè secutos Decretum Grammaticum, à Poëtis quibusdam de eo Amstelædami, auspicio publico, firmatum : secundo, quatenus orthographiam ; ubi Decretum illud nostrum nihil definit, sed cuique relinquit eam liberam, sectamur plerumque morem receptum vulgò : praeterquam in paucis. Nam capite in isto nunquam adhuc nobismet facere potuimus satis ; neque etiam id ducentes tanti, quanti alii (quod pace eorum dixerim) sibi animo fingunt. Porro in Hecubâ ;* **Of wy hier alle eigenschappen onzer moederlyke taele / volgens het afscheid der digteren / wel hebben waergenomen : daer van zaf twee E. kunnen oordeelen ; als die hier t'huis hoort / en als een treffelyk lidtmaet onze letterkunstige vergaderinge niet weinig vereerde. Id est, Num omne linguae vernaculae symptoma, ex Decreto illo Poëtico, nobis hic ritè servatum ; Tu judicare valebis, cui etiam hic apud nos civitatis jura manent ; quippe, ceu membrum spectabile, Grammatico Coetui nostro haud exiguo eras ornamento.**

Erunt

Erunt absque dubio et plura hujus caetûs documenta alibi in archivis, quorum indaginem aliis relinquimus: Id certò apparet, indè fuisse effectum, quod idioma *versionis Biblicae* prodiret non tantum perfectè Grammaticum; verum et per omnia sibi maximè simile: porrò et is fructus fuit in JUSTI VONDELII sermone, quem post edidit, quod justioris fuerit normae ac antea. in HOOFDIO idem: licet haud mihi fides hunc Coetui ei adfuisse, certis de causis: at VONDELIIUM in ea, quam colebant, amicitia omnia illi certè fecisse communia.

Interim ne sit mirum alicui, quod pro scrutinio analogico non etiam HOOFDIUM AC VONDELIIUM commendem: causa in promptu est; quod nempe praestantissimi hi auctores ut plurimum et in soluta oratione Poëticam suam adhibent dialectum, figuris metaplasmis fulgentem; atque haec analogias, quarum res hic agitur, non promit, sed abscondit. Contra; in arena isthac; linguae *communis* scriptoribus, omnique metaplasmis quasi vacuis, opus est; ut antè insinuatum. Quin *Hugo Grotius*, qui in re Grammaticâ minus normalis est quàm illi, tamen, quia metaplasmis caret, magis conducit pro analogiis:

Institutum nunc prosequor: eumque servabo ordinem, ut, ubi usus nunc est anomalus, unà, quoad utique haurire potui, monstrem priscas analogias: porrò et ea sola attingam, in quibus lingua nostra à Latinâ abit diversa; caeterum te remittens ad Grammaticam Latinam GERHARDI IOHANNIS VOSSII.

## CAP. III.

*De Partibus Orationis.*

(\*) **P**artes Orationis statuemus VIII. *Nomen; Articulum; Pronomen; sub quo et numerale; adverbium; praepositionem; conjunctionem; interiectionem; verbum, sub quo et participium et supinum et gerundium.*

Nomini, articulo, Pronomini, item numerali; porro verbo, participio, supino, gerundio accidunt tum *numerus*, tum *persona*.

Nomen est aut *substantivum*, aut *adjectivum*.

No-

(\*) Debent, si dialecticos audias, ea, quae explicantur, in partes quam paucissimas dispesci. Quid igitur; si **PLATONIS** in dispescendis Graecae orationis partibus institutum et in nostrum sermonem conferamus? Sic duae tantum essent; verbum, ac nomen. Quemadmodum enim *particulae*, quas dicimus, et apud Graecos (vid. **LENNEPIVS** v. c. *observ. in Analog. L. Graec. c. III. p. 45.*) et apud Ebraeos (conf. **N. G. SCHROEDERVS**, vir summus, *Instit. ad fundam. L. Hebraeae sect. IX. §. CXLV et CL.*) vel ad nomina vel ad verba pertinent: ita, omnium origines si coniectura adsequi liceret, nostrae quoque particulae ad alterutrum horum referri posse videntur. Sed cum usus fecerit, ut non magnopere propriae earum significationis ratio habeatur, sed vim vel articuli, vel adverbii, vel praepositionis, vel conjunctionis, vel interiectionis denique induant particulae, age, orationem in tres omnino partes, *verbum, nomen, ac particulam* dispescamus. Ita quidem, ut verbo participium; nomine articulus, (qui tamen, originem si spectes, pronomine contineri posset) nomen ipsum, pronomen, *particula* adverbium, praepositio, coniunctio, interiectioneque intelligatur.

Nomen substantivum est vel *proprium*, vel *appellativum*.

Nomini accedit *genus*, *numerus*, *casus*: at *declinatio* (quae nempe per dictionis inflexionem procedat; uti apud Latinos et Graecos) valde exigua. (\*) Quod enim et in solutâ oratione, Poëtae aliqui, ac eorum sequaces, substantiva, quae quandoque in casu nominativo castratè orthographari iis lubet, efferant integrè et non castratè in genitivo, dativo, et ablativo; venditantes id quidem pro constanti *inflexione*; non linguae usus est ac analogia; sed voluntarius eorum abusus et metaplasms. ad usum firmandum plus requiritur quàm scriptoris privati asumptio.

---

## C A P. I V.

### De Generibus.

(\*\*) **A**d *generum*, apud nos, intellectum praecognoscendum est, id quod per substantivum nomen denotamus, vel *personam* esse, vel *rem*.

Per-

(\*) Id, opinor, significat auctor, si quis, exempli causa, van den rade (Senatus), van de hope, (h. e. spes.) van den lande genitivos esse crediderit, a nominativis de raad / de hoop / het land bene belgice deductos, plane illum errare. Vti enim olim nulla exstiterint monosyllaba, sic rade / hope / lande nominativi veri fuere. adeoque nec iusto genitivo van den rade / van de hope / van den lande dixeris. Conf. quae obseruauimus ad C. V.

(\*\*) Ingeniosam et forte veram de generum in nominibus origine coniecturam facit L A M B E R T U S T E N

B 9

KATA

*Personas* modò rerum distinxit natura, quod vel ad masculinum genus pertinent, vel ad feminineum. *Res*, quanquam natura non novit nisi *singulares*, alias concipimus (si Logicè licet loqui) sub notione *speciei*; alias sub notione *generis*. Idem hoc HUGO GROTIUS in *juris Hollandici institutionibus* sic effert: **Dat de saken zijn of enkele / of veel begrijpende.** Super distinctionibus ejusmodi haud fuerit vero ab simile, esse antiquitus sub *seculo analogo* receptum majoribus nostris; ut distincto habuerint genere Grammatico.

Primò nomina propria virorum, sexus, officii masculi:

Secundò nomina propria mulierum, sexus, officii feminei:

Tertiò nomina rerum, quas concipimus sub notione generis Logici; universitatis, collectionis, totius, etc.

Et, quod attinet ad nomina rerum singularium, sive quas concipimus sub idea speciei: ea (de praeteritis, proh dolor! caeci nimis) non invenimus a  
ma-

KATE Menf. t. d. k. v. h. verh deel d. Ped. Sprake D. I. bl 397. sq. Nimirum antiquissimis temporibus res gestas odis memoriae proditas fuisse: poëtas autem res adhibuisse, mouendi gratia ac pingendi, vt personas, quibus vel masculinum genus, vel femininum assignaverint ob certam quamdã, leuiorem quoque, cum hoc vel illo conuenientiam. Hinc etiam, quae personarum formam induere parum potuerint, mansisse neutra

Est igitur distinctio generis in nominibus partim naturae, partim instituti. consulatur hanc in rem GERH. VOSSIVS *Art. Gramm. Lib. III. c. IX. p. 405.*



majoribus nostris fuisse distincta quarto quodam genere; sed in unum ex illis tribus coniecta.

(\*) Hinc jam, pro generibus nostris manant Canones

(\*) Licebit in generum apud nos negotio versanti, regulas BOLHVSII (Hantck. op STYLS aanteid. t. de hennig d. D. C. bl. 66. volgg.) magnam partem describere. Quas, vt faciliores redderem, Grammaticae Vosfianae verbis nonnunquam comprehendi. Sit igitur haec

R E G V L A I.

*Masculini generis sunt*

- I. Nomina virorum, et quae viris tantum conueniunt; vt Pieter / Haroud / Vader / Burgemeester / Griek / Spanjaard. Sic nomina, cum verbalia, tum gentilitia in act et er exeuntia; vt wortelaar / oertwimmer / Delbenaar / Amsterdammer. item denominativa in ier; vt Scholier / rentenier.
- II. Nomina, quae, non origine quidem masculina, significatione tamen ad viros referuntur; vt boozspreek / lidmaat / ondeugd.
- III. Nomina lapidum, si lapidem singularem spectes: vt robijn / diamant. At si metallum, siue materiam, neutra sunt.

R E G. II.

*Feminini generis sunt*

- I. Nomina mulierum, et quae mulieribus tantum conueniunt: vt Aleid / Margareet. dogter / dienstmaagd. Huc etiam pertinent verbalia in ster / vt schrijfster. item denominativa in es seu esse et in: vt Minnares siue Minnaresse / Dozsin. [Non vero in sche: quod genus obsoletum est, licet a BOLHVSIO addatur, atque apud Groninganos supersit.]
- II. Participialia in nis siue nisse: vt bekentenis / gedachtenis. Deinde etiam verbalia in ing f. inge: vt erbaaring / bozdering. itemque denominatiua, quae in p f.



nones sequentes: id interim firmiter est tenendum, ut, quantum potis est, dictionem omnem continuo revocemus ad suam analogiam.

*Regula I.* Genus, cui substant nomina 1. propria virorum; 2. masculi sexûs; 3. item officii; **MASCULINUM** vocatum sit:

*Regula II.* Genus, cui substant nomina 1. propria mulierum; 2. feminei sexûs; 3. item officii; **FEMININUM** vocatum sit: quamvis scimus dictionem *het wijf* / *mulier*, nunc neutram esse: verum prisca Flandri eam nobis tradiderant femininam, *die wibe*.

*Re-*

I. *pe* exeunt: nec per apocopen literam *d* amiserunt.

III. Desinentia in *heid* / ab adiectivis derivata: ut *goedheid* / *heiligheid*. vnum item a substantivo ductum: ut *Godheid*. a *God*. quod nomen usu certe est substantivum. Huiusmodi sunt et collectivae in *schap*: ut *jongefingschap*. quae tamen, dignitatem rei que conditionem si significant, neutra habentur.

IV. Exeuntia in *te*: ut *breedte* / *lengte*; itemque nomina literarum: ut, *a* / *b* / *c*.

### R E G. III.

#### *Neutrius generis sunt*

I. Nomina regionum, insularum, urbium, et pagorum: ut *Abysinië* / *Cesjel* / *Rotterdam* / *Ouderkerk*.

II. Collectivae cuiuscumque generis: ut *koozn* / *gras*: excipiuntur tamen *haver* / *spelt* / *mede* permultaque alia. Quae vero materiam rei denotant: ut, *kooper* / *staal*.

III. Infinitivi et pleni, et apocopen passi, pro substantivis positi: ut *het lezen*; *het verloop*.

IV. Adiectivae, quae substantivae accipiuntur: ut *het goed*.

V. Exe

*Regula III.* Ut et NEUTRUM est vocatum illud, cui subjacent rerum nomina, quae involvunt notionem 1. generis logici; 2. collectionis; 3. universalitatis aut totius. 4. quemadmodum et ejusdem neutrius generis sunt *Partes orationis quaecunque, substantivè aut materialiter positae.* velut adjectiva; pronomina; numeralia; adverbia; praepositiones; conjunctiones; interjectiones; verborum infinitivi; item participia. 5. *verbalia omnia e participio passivo orta (exceptis iis, in quibus augmentum syllabicum est nisse / heid / schap;)* 6. Nomina omnia *diminutiva.* fortè quod ambo haec ultima et *logici generis* notionem plerumque induant.

*Regula IV.* Rerum SINGULARIUM genus nunc restat definire ut proximè: has quidem potissimum

V. Exeuntia in *sel / s. tsel / je / t. jen / tje / s. tjen / hej / hen / hijn / lijn /* atque in dom collectiva: vt *raad- sel / oogjen / oogentijn / heidendam.*

Sunt et in sermone nostro communia: vt *egade / gemael / meemding / satgenoot.* cetera.

Illud quoque observasse opus erit;

I. Interdum non tam nominis, quam rei rationem haberi: vt, *HET WIJF verkoopt HAAR goed.*

II. Quoties de neutris singularis numeri praemittatur, vel masculinis eiusdem numeri, alias den postulanti- bus, pluralia, apocopen passa, significari: vt *op de been / pro de beenen; de visch koken / pro de vis- schen.*

III. Genera nonnullorum nominum interdum permutari; vt *beest /* quod, olim femininum, nunc neutrum est.

IV. Denique esse et apud nos dubii; vt *smaad: omnia- que generis nomina: vt slag.*

Ceterum haec vsu, lectione auctorum, atque libro Hoogstratani sive [ *Lijst van de geslachten der Daant- woorden van D. VAN HOOGSTRATEN met de ver- meerdering van A. KLUIT.* ] melius docere.

simum reperimus antiquitus habitas *genere feminino*, ut suffecerit exceptiunculas, quae vel in masculinum degenerarunt labente usu vel in neutrum, referre in tabellam.

*Regula V.* Feminina sunt itidem omnia Infinitivalia cum augmento **inge**; item participialia cum augmento **nisse**.

erbaren / erbaringe. erbaert / erbaertenisse,  
 beroeren / beroeringe. beroert / beroertenisse.  
 verbinden / verbindinge. verbint / verbintenisfe.  
 bekennen / bekenninge. bekent / bekentenisfe.  
 voorderen / voorderinge. voordert / voordertnisfe.  
 bewegen / beweginge. beweegt / beweegtenisse.  
 begraven / begravinge. begraeft / begraestenisse.  
 ontfangen / ontfanginge. ontfangt / ontfanktenisse.  
 etc.

Dicemus post suo loco, quemnam *metaplasimum* utraque haec verbalia hodiè sint passa: jubente, scilicet, *Euphonia*; cui (ut rectè observat Antonius de Hubert in Prolegomenis Psalmodiae suae) per totam nostram linguam tribuitur plurimum; factaque illa, in re nostrâ orthographicâ, velut *Dea, caeloque locata*. Itâ ut inania prorsus captent, qui id non agnoscant. Conveniens est istud cum Quintiliani dicto, *esse impetratum à consuetudine, suavitatis causâ ut peccare liceat*. Nimis negotii mihi est, metaplasimum eum sigillatim enarrare, cum in ipsis vocibus se prodât.

*Regula VI.* Rei singularis nomen sive masculinum, sive femininum, quoties sumitur collectivè, induit et quandoque genus neutrum. ut

de sneeu/	het sneeu.
de getuighenisse/	het getuighenisse.
de vinke/	het vink.
de haes/	het haes; (*)

quomodo venatores his vocibus utuntur.

de gereetschap/	het gereedschap.
de schole/	het schole.
de maegschap/	het maegschap.

et complura alia in fchap/ etc.

*Regula VII.* Dictiones, ab exteris mutuatae, adsciscuntur cum suo genere. ut, **de krantz.** m: **de tafel.** f. **de kroone.** f. **de troon.** m. etc.

*Regula VIII.* Nomina substantiva, tum composita ac decomposita, tum per metaplasmum decurtata aut contracta, servant genus dictionis primitivae. (†)

ut,

(\*) Nec nobis placet, quod MOONENIUS *Ep. p. 9.* accusat, het haes/ het vink. Venatorum atque aucupum non magna est in sermone auctoritas. KLAVIUS *in obs. ad HOOGSTRATANI Genera nominum subst.* zulk een misbruik schijnt my toe gesproken uit de spreekwijze DAAR IS VEEL HAAS.

(†) Non sine veri specie MOONEN. *Ep. p. 96:* van ARMOET, OOTMOET, VLIJT, WEELDE, DEUGT, VOORSPOET, ERNST, AENDACHT, ROU, enz. komt ARMOEDIGH, OOTMOEDIGH, VLYTIGH, WEELDIGH, DEUGTACHTIGH, of liever DEUGDELYK, VOORSPOEDIGH, ERNSTIGH, AENDACHTIGH, ROUWIGH enz. En van deeze Byvoeglyke woorden weder Zelfstandige Naemwoorden afgeleidt; als ARMOEDIGHEIT, WEELDIGHHEIT, DEUGTACHTIGHHEIT of liever DEUGDELYKHEIT, VOORPOEDIGHHEIT, ERNSTIGHHEIT, AENDACHTIGHHEIT, ROUWIGHHEIT enz. hoewel deeze

ut, achtinge/	achte.
armmoedighede/	armoede.
ootmoedighede/	ootmoede.
blijtighede/	blijte.
weeldigheid/	weelde.
deugdachtighede/	deugde.
voorzpoedighede/	voorzpoede.
ernstighede/	ernste.
aendachtighede/	aendagte.
rouwighede/	rouwe.
antwoordinge/	antwoorde.
borginge/	borge.
gesterkthede/	sterkte.
geborchtthede/	borchte.
berstinge/	berste.
kindeken/	kind.
belegtsel/	beleg.
gespantfel/	gespan.
begintfel/	begin.
bedingtsel/	beding.
wijfken/	wijf/ etc.

Huc spectant participia omnia materialiter aut substantivè posita; quaeque per apocopen decurtantur.

deze allen niet/ of niet eben zeer in het gebruik zijn. Contra VERWER. *Ep. ad Reland.* p. 50. — *Moo- nen*, en zyne volgers — begrypen/ ALLE WORTELWOORT IS VAN 'T KORTSTE; en te recht. Daar hunne sluitreden/ Ergo, ALLE KORTSTE IS 'T WORTELWOORT is — een sophisma. — Men moet onderscheiden tuschen OIRSPRONKELIJK KORTST EN KORTST DOOR SNOEIJINGE.

tantur. ut **het gevoel / geblaes / (\*) geraes / ge-  
volg / gestryk ; à gevoelde / geblaesde / geraesde /  
gevolgde / gestrykte / etc.**

Hinc Primitivorum genera tenere apud nos satis est. interim regula isthaec, applicata etiam ad infinitivos materialiter et substantivè positos, statim monstrabit genus.

<b>het aanschynen /</b>	<b>het aanschyn.</b>	n.
<b>het geballen /</b>	<b>het gebal.</b>	n.
<b>toeballen /</b>	<b>het toeval.</b>	n.
<b>tegenballen /</b>	<b>het tegenval.</b>	n. etc.

Verum ubi regulae usus universalis in variam abduceret kakophoniam, ut à **loopen / het loop : koop-  
pen / het koop : raden / het raed / etc.** (qui proprie soloecismus est Valonum, Britannorum, Sctorum,) universalitatem eam quadantenus restrinxit Euphonia, locumque fecit quasi et regulae sequenti.

*Regula IX.* Substantiva omnia, ita affecta, quasi essent ex infinitivis, substantivè positis, abbreviata

(\*) **HET GEVOEL, GEBLAES, inquit MOENEN. ep. p. 10. seq., verschillen by veel van GEVOELDE, GE-  
BLAESDE of GEBLAEZENE ; dewyl de eerste eene daet of bedryf betekenen / de leste lydende deelwoor-  
den zyn. Het geen ook aengemerkt moet worden op den ondersten regel GEGEEF, GESCHRIJF, BEDRYF, DOOR GEGEEFD', GESCHRYFD', BEDRYFD' by Daelaet stellende.**

Quae quidem bene monuit. Haec enim omnia, vt sexcenta alia, infinitivi sunt, apocopen passi, substantivèque positi, **gevoelen / geblazen / gegeven / geschryven / bedryven.**

De quorum praepositione ge vid. VERWER. C. X.



viata per simplicem apocopen, sunt nobis masculina. (\*).

ut het loopen/	de loop.	m.
koopen/	de koop.	m.
smetten/	de smet.	m.
stooten/	de stoot.	m.
smakken/	de smak.	m.
ballen/	de bal.	m.
keeren/	de keer.	m.
bieven/	de bieft.	m.
inhouden/	de inhoud.	m.
swieren/	de swier.	m.
raden/	de Raed.	m. etc.

Manifesta etiam est causa ex regulis VIII et IX, quare nomina quaedam sint generis communis.

ut

(\*) *Abbreviata per simplicem Apocopen sunt nobis masculina.* — Deze stelling is niet waer / dewyl — deze zelfstandige Naemwoorden alleen van de gebiedende wyze in de werkwoorden worden afgeleidt. MOONEN. Ep. p. 10: Cuius rei velim causas adduxisset. Pergit: — de tweede is ook niet altyt waerachtig; naerdien men ook zegt / DE MIN, DE VLEK, DE SMET, DE PLAEG, DE VRAEG, DE ZUCHT, DE VLUCHT, DE SMART enz. ten waere men alle deeze Naamw. wilde houden voor Oorspronkelijke. Ad haec VERWER. ep. ad Reland. p. 49. De gemeenen - tantstake / achtervolgens onzen — Tongeslagh / die hier de eindelyke consonant met eenre respiratie hervat / luidt MINNE, VLEKKE —; alle PER SYNCOPEN behoort uit Verbalia NI INGE; en daerom volgens mijnen VIII. Regel feminina. et p. 40: wilde men varen eenen Imperatiuus — ict afleiden / zou de betekenis van het derivatum moeten insluiten het denkbeefte van iets imperatijfs.

ut wensch	m.	à	wenschen.
wensche	f.	à	wenschinge.
routw.	m.	à	routwen.
routwe	f.	à	routwinge.
wenk	m.	à	wenken.
wenke	f.	à	wenkinge.

Par ratio est in multis aliis : ut, *afbrek / afbreuke* : *trede / intrede* : *kant / kante* : *klem / klemme* : *lach / lachche* / etc.

*Regula X.* In nominibus substantivis, quae ex aliis vocibus componuntur, servatur genus vocis terminatricis. ut, *Gods-geleertheit* / ex masc. et fem. est femininum; item *Rechts-geleertheit* / quod ex neutro et feminino.

Generis cognitio pro omni nomine substantivo summe nobis est necessaria : et perappositè in Dictionario *KILIANI* cuique voci, saltem primitivae, id posset adjungi. interim perfectissime, et errore (ni fallor) absque ullo, id nobis promittit *Versio* nostra *Bibliorum Dordracena* : prout, nimirum, Grammaticus coetus ante memoratus istud definiverit. ad hanc igitur *Versionem* tutò recurritur, velut ad verum lapidem *Lydium*. Et quantum parte in hac invenias apud *Coryphaeos*, Grammaticaeque universae (si *Metaplasum* demas) observatores exactissimos, *Equitem* *HOOFDIUM* et *JUSTUM VONDELIIUM*; penitus iicum *Versione* ea habent conspirans. nam semel in posterum notandum est; *Metaplasmi* usum non impedire, quo minus quis, per omnem reliquam *Grammaticen*, possit et perfectissimus esse.

## CAP. V.

*De Declinatione Articulorum et Substantivorum.*

**P**atet igitur plura genera nobis non esse quantia; MASCULINUM, FEMININUM, NEUTRUM. *Generum* characteristicam scimus apud Latinos esse conspicuam in ipsa dictione. id, quantum nobis indagare occurrit; semper fuit fecus apud nos; ubi infinito, et quidem regulariter cuius generi et eadem competit terminatio *mensche. m. byoutoe. f. gebeente. n.* etc. Hinc et nobis necesse fuit Characteristicam *Generum* seorsim à dictione arcescere. *Ea* *Articulus* vocatur passim. Masculino et feminino generi tribuitur nobis articulus idem, qui antiquitus *die*; nunc *de*; alter, quem Neutri generi tribuimus, antiquitus *dat* / nunc *het* / audit.

Est quidem valde dignum observatu; declinationes Belgicas penitus mansisse adhuc penes eandem analogiam, qua erant ante annos quingentos et amplius: ita ut ne minima iis acciderit anomalia: sunt quidem aliquando neglectius habitae (etiam apud summos auctores) ante coetum Grammaticum de quo supra; verum istud nunquam induit vim usus. interim in declinatione per *articulos* videas conspirare ferè omnes populos Europaeos; quemadmodum in conjugatione per *verba auxiliaria*, et porro in *permultae phrasologiae norma*, tum etymologica tum syntactica. Cujus ea erit causa, quod in lingua, aut saltem ejus norma, omnes unà eosdem habuimus *ludi*.

dimagistros; nimirum vel ipsos veteres Germanos, vel populos qui ortum iis debent: hi quippe, post natum Christum, sub jugo habuerunt Italiam, Hispaniam, Galliam, Angliam, ut latè in historiis patet.

Numero utimur bino, *singulari et plurali. Casibus sex (\*)*, *Nominativo, Genitivo, Dativo, Accusativo, Vo-*

(\*) Diuinus SCALIGER de *Causis L. L. C. LXXX.* obliquos Latinorum casus appellari, affirmavit, quod cadant a recto; rectumque adeo ipsum non nisi κατὰ γένεσιν casum vocari. Contra VOSSIVS De *Art. Gramm.* Lib. III. qui de *Analog.* Lib. prim. inscribitur, C. XLV. p. 638. *casus ex eo nomen indeptos esse suspicatur, quod in has vel illas syllabas nomen — quasi cadat.* Quidquid est, id patet, casum peculiari nominis pro constructionis diuersitate terminationi inesse. Quamobrem, cum artis grammaticae vocabula a Latinis ad nos venerint, non possum facere cum LAMBERTO TEN KATE, qui tres *genitiuos*, tres item *accusatiuos*, quatuor autem *ablatiuos*, ac tredecim igitur in vniuersum casus agnoscit (*Manl. tot de Verberd. Sp. D. I. bl. 327.*) Nam si casus quispiam ita adhibetur, vt eius terminatione diuersae aliquando nominum significationes comprehendantur. eone casus ipse, hoc est, ipsa terminatio, diuersus est? Idem error, confundens ille modum significandi cum casibus, est eorum, qui casus nostros sic appellant:

- De werker of werkende persoon of zaak.
- Eigenaar.
- Ontvanger.
- Bewerkt wordende persoon of zaak.
- Geroepen of aangesproken persoon of zaak.
- Benomen persoon of zaak.

Sed et hos dudum in ordinem redegit HOVTAMVS, homo acerrimi iudicii. [D. I. Werken van 't Genootschap KUNST WORDT DOOR ARBEID VERKREGEN. p. 147. seqq.]

32 IDEA GRAMMATICA

*Vocativo et Ablativo.* in his nunc *Declinatio* nominum substantivorum sequenti modo procedit.

*In*

Hoc igitur si in linguam nostram conferas, tres nobis ad summum casus erunt; quos simplici non minus, quam commodo nomine primi, secundi ac tertii distinguas. Quae cum dicimus, praesentem declinationis conditionem volumus. Haud enim nescimus sermoni Getico, Francoteutonico, et Anglosaxonico plures casus vero dictos vocabulo fuisse. Enim vero AINS, æn / vt, vnam et alterum exemplum a LAMBERTO TENKATE (Ænt. D. I. bl. 356) mutuo sumamus, apud Gothos ita habet:

	Nom.	Gen.	Dat. et Abl.	Acc.
M.	Æins.	Æinis.	Æinin et Æinamma.	Æinana.
F.	Æina.	Æinazog.	Æinai.	Æina.
N.	Æin.	Æinis.	Æinamma.	Æin.

Apud Francoteutones

	Nom.	Gen.	Dat et Abl.	Acc.
M.	Æin.	Æines.	Æinema.	Æinan / on.
F.	Æine.	Æinero / einet.	Æinero.	Æina / e.
N.	Æin.	Æines.	Æinema.	Æin.

Atque apud Anglosaxones

	Nom.	Gen.	Dat. et Abl.	Acc.
M.	Æn.	Ænes.	Ænum.	Æne / Æenne.
F.	Æne.	Æne.	Æne.	Æne.
N.	Æn.	Ænes.	Ænum.	Æn.

In Anglosaxonice autem nomen adiect. god, goed / ita:

	Masc.	Sing.	Fem.	Neut.
Nom.	God.	God.	God.	God.
Gen.	Godes.	Godre.	Godre.	Godes.
Dat. et Abl.	Godum / dan.	Godre / dan.	Godre / dan.	Godum / an.
Acc.	Godre.	Godre / dan.	Godre / dan.	God.
				Plur.

*In Masculinis.*

	<i>Singulariter.</i>	<i>Pluraliter.</i>
Pro Nominativo	de man /	de mannen.
Genitivo	van den man /	van de mannen.
Dativo	aen den man /	aen de mannen.
Accusativo	den man /	de mannen.
Vocativo	o! man /	o! mannen.
Ablativo	van den man /	van de mannen.

Ge-

Plur.

Nom. et Acc. **Godē.**

Gen. **Godra.**

Dat. et Abl. **Godum.** in omni plane genere:

At, si nostra hodie quaerantur, pronomina triptota, nomina vero diptota deprehenduntur. Articulus enim masculinus de / cuius normam sequuntur pronomina masculini generis, in singulari numero sic immutatur:

Masc. Sing.

I. **De.**

II. **Des.**

III. **Den.**

In plurali

I. **De.**

II. **Der.**

III. **Den.**

Huius vero, ut et pronominum, genus femininum ac neutrum in utroque numero diptoton est, ut

Fem. Sing. Plur.

I. **De.** **De.**

II. **Der.** **Der.**

Neutr. Sing. Plur.

I. **Det.** **De.**

II. **Des.** **Der.**

C. 2

Deinde



Generaliter hic monendum, per totam declinationem, articulos nobis in genitivis, dativis et ab-

la-

Deinde nomen omne in diptotis numeratur, vt

Sing.	Plur.
I. Man.	I. Mannen.
II. Mans.	

Solent quidem nonnulli nominatio **Man** / genitio **Mans** / datiuo **Manne** / cet. dicere. verum haec pessime dicuntur. Hi si veteres legisent, in primo casu, scirent, **Manne** scriptum fuisse, terminatione profecto ab isto, quem vellent illi, datiuo minime diuersa. Quam nec nos, quibus apocope hac in causa a multis inde annis arridet, diuersam faciamus; nisi permixta veteri ac noua consuetudine posteritatem turbare inolumus.

Feminina porro uno casu absoluuntur

Sing.	Plur.
I. Vrouw.	Vrouwen.

Neutra duobus:

Sing.	Plur.
I. Beeld.	I. Beelden.
II. Beelds.	

Denique hoc modo nunc inflectuntur adiectiua:

Masc.	Sing.	Plur.
I. Groot / olim Groot.	I. Groot.	I. Grooten / et cum substantiue ponitur, grooten.
II. Grooten.		
Fem.	Sing.	Plur.
I. Groot.	Groot.	
II. Grooter / olim re.		
Neut.	Sing.	Plur.
I. Groot.	Grooten.	
II. Grooten.		

Quam-

latis adsciscere praepositionem regentem, qualem Casuum ratio postulat: porrò particulariter, pro genere masculino 1. in singulari ablativum esse similem genitivo: 2. genitivos et dativos utrobique recipere inflexionem, et nunc declinari absque praepositione: ut in genit. singul. **deſ mans**; in plur. **der mannen**: in dativ. singul. **den manne**; in plur. **den mannen**,

*In Femininis.*

	<i>Singulariter.</i>	<i>Pluraliter.</i>
Pro Nominat.	de vꝛoutwe /	de vꝛoutwen.
Genitivo	van de vꝛoutwe /	van de vꝛoutwen.
Dativo	aen de vꝛoutwe /	aen de vꝛoutwen.
Accusativo	de vꝛoutwe /	de vꝛoutwen.
Vocativo	o! vꝛoutwe /	o! vꝛoutwen.
Ablativo	van de vꝛoutwe /	van de vꝛoutwen.

Bina particularia, quae ante, de casuum tum similitudine tum inflexione hic iterum monemus. ut in genit. singul. **der vꝛoutwe**; in plural. **der vꝛoutwen**;

Quamquam olim in plurali adiectiuorum etiam fuerit casus secundus in *r* desinens, qui superest in *reniger / sommiger / cet.*

Restat vnum. Nimirum male, puto, genitiuus, datiuus ablatiuusque dicitur **van den man / aan den man / dooꝝ den man / van de mannen / aan de mannen / dooꝝ de mannen**: **van de vꝛoutw / aan de vꝛoutw / cet.** In his enim ac similibus *van / aan / dooꝝ /* praepositiones sunt, regentes articuli atque pronominum in singulari numero genera masculina et neutra in casu tertio, cetera, vt nunc tempora sunt, non inflectentes.

wen; in dativ. sing. *de/* aut *der voutwe*; in plural. *den voutwen*. Porro scitu est valde dignum, antiquissime ac ante normalem apud nos *generum* ordinationem, omnia nomina nostra appellativa exiisse in *e* (\*); et genitivum singularem habuisse *es*, atque inde nobis remanserunt, et in post factis femininis, *des maents*; *des weeks*; *verkeerings/roerings/* etc. Et sic, veteres analogias scrutando, innumerae rei ratio eruitur in dictionibus; ubi metaplasmus caecutire debet.

*In*

(\*) *Omnia nostra appellativa exiisse in e* negat MOONEN. *Ep. p. 237: Om van de Rijnkrampke te zwippen/ in wiens boozede* BEDWANK, GANK, KLOESTER, LANT, — gebonden worden; gelyk op de eerste bladzijde van het werk zelf / *stroem / schelt / volk / rijk / hoefstat*; — in de *Gottische / Outfrankische / en Engelsarische [talen]* vindt men alleen in het *Gebet des Heeren / ATTA, FATER, FADER, NAMO, NAMA*. — Maar *VERKEERINGS, ROERINGS* wordt niet gezet / dan vooz het *Dazetsel HALVE*. —

At, *VERWERVS* postquam *Ep. ad Reland. p. 25.* haec docuerat: — den *Byzackleden* van ons *Nederlant* / zoo meenigmael alsse de laetste silb eens woortz zullen uitklinken op een consonant / is aengeboren by die consonant niet bot op te houden met een *ACCENTUS GRAVIS*; maar die zelve consonant met een *RESPIRATIE* te herbatten. niet *BED*, maer *BEDDE*. — et: van dit geheim komt / — dat de *CHARACTERISTICA* van meest alle tempus in onze berba is de korte *e*. *IK BIDDE, IK VALLE: tum laudat e STOKIO Zone / adventure / name / geboer- nesse / hantveste / tasle / erve / huuslade / geslagte / Duzsate/ cet. v. p. 36. conf. KLVIT. ad Hoogstrat. p. 511. seqq.*

In Neutris.

	Singulariter.	Pluraliter.
Pro Nominat.	het huis /	de huizen.
Genitivo.	van het huis /	van de huizen.
Dativo.	aen het huis /	aen de huizen.
Accusativo.	het huis /	de huizen.
Vocativo.	o! huis /	o! huizen.
Ablativo.	van het huis /	van de huizen.

Eadem duo particularia, quae ante, de Casuum et similitudine et inflexione, hic monemus denuò. ut in genitivo singulari **des huizes / et van den huise**: plurali **der huizen**: in dativo singulari **den huise**; plur. **den huizen**.

Ex monitis his est manifestum, masculina et nobis fere integrè declinari posse cum inflexione.

Characteristica numeri pluralis per omne genus est **en**; temporibus autem priscis **e** (\*); ut et meta-

(\*) Hic quidem MOONEN. Ep. p. II: dat in oude tyden de uitgang der Zelfst. Naemw. in het Meerv. Getal in eene e geweest zy / schynt - niet waerachtigh. — De Gothen en Engelsaren eindigen die in eene M. — HIMINAM, HOEFMUM. — By WILLERAMUS en in zyne oudfrankische Vertaelinge van Salom. Hoog- liet vindt men ZALVON, JUNGFROUWAN. — VERSSENE schoon - in twee drukken [onzer Bybeloverzettinge] op Ps. XII, 10. — is een mislag / vooz HINLOPEN. bl. 115.

Et bene, quod ad posterius illud attinet: si Interpretes Belgae alicubi (in Psalmo enim XII. frustra quaeras) versene habeant. Ipsi Genes. III, 15, ac XXV, 26. versenen scripserunt. Conf. libellus, qui inscribitur **Uplagen betreklijk t. d. H. v. d. H. Overz. d. Byb. vooz HINLOPEN. bl. 115.**

raphraetae bibliorum Dordraeni adhuc saepe secuti sunt.

Sequitur, Corollarii vice, articuli declinatio perfecta; et quidem definiti; ut nationes aliae hodie loqui amant: nam quem Itali, Galli, Hispani indefinitum nominant, proprie est praepositio; ut nobis *van/ aen*.

*In Masculino.*

	<i>Singulariter.</i>	<i>Pluraliter.</i>
Pro Nominativo.	<i>de/</i>	<i>de,</i>
Genitivo.	<i>des/</i>	<i>der.</i>
Dativo.	<i>den/</i>	<i>den.</i>
Accusativo.	<i>den/</i>	<i>de.</i>
Vocativo.	<i>o!</i>	<i>o!</i>
Ablativo.	<i>van den/</i>	<i>van de,</i>

*In Feminino.*

	<i>Singulariter.</i>	<i>Pluraliter.</i>
Pro Nominativo.	<i>de/</i>	<i>de.</i>
Genitivo.	<i>der/</i>	<i>der,</i>
Dativo.	<i>de/ der</i>	<i>den,</i>
Accusativo.	<i>de/</i>	<i>de.</i>
Vocativo.	<i>o!</i>	<i>o!</i>
Ablativo.	<i>van de/</i>	<i>van de.</i>

*In*

De tota re audiamus VERWER. *Ep. ad Reland.* p. 52. seq. *De voorbeelden er van zijn — gereet in MELIS STOKKE, in den Delfsen Babel/ en al wat aut is. — In mijne Schepenenbrietjes is wy — SCPEPNE.* Plerumque tamen Stokius aliique eius aetatis literam n plurali addunt. Si omiserint, id factum puto ex pronuntiatione, qua hodie etiam n absorbere solemus Hollandi. Sic dicimus pro *Mannen/ MAnne*; pro *hebben/ hebbe*.

In Neutro.

	Singulariter,	Pluraliter.
Pro Nominativo.	het /	de.
Genitivo.	des / van den /	der / van de.
Dativo.	het / aen den /	aen de / den.
Accusativo.	het /	de.
Vocativo.	o!	o!
Ablativo.	van het / van den /	van de.

In his *Casibus* declinandis, uti et in observando *Genere*, à populo peccatur plurimum. nam circa nomina masculina is est soloecismus Rotteraedamensium, quod in civili confabulatione nominativos penitus negligant; ut contra Amstelaedami, et per totam Hollandiam Septentrionalem, in iisdem masculinis, penitus negliguntur accusativi. dicunt Rotteraedamenses, **den ouden Rijn / daer den bakker woont / is geswollen.** dicunt Amstelaedamenses, **bestelt de brief aen de bakker op de hoek van de oude Rijn.** qui quidem soloecismi, (quod ferendum minime est,) inter scriptores utrobique familiam ducunt.

Supremus Ordinum confessus, Senatus, Curia, Hagae-Comitis; porrò et reliqui Magistratus; in actis publicis multum assumunt in nominativo masculino **den** pro **de**: quemadmodum et Sibi ita, tum scribi tum dici amant: id quod, velut characterem scribendi magnificum spirans et sesquipedalem, majestati aut dignitati Eorum, ceu jure Praecipui, debet concedi: at minime est, quod subjectis in re privata quid simile in sequelam ducatur. hi firmiter morem gerere debent Grammaticis legibus.



## C A P. VI.

*De Declinatione Adjectivorum et Comparatione.*

**A**djectivorum vulgaris terminatio est, ab omni aevo, in *e* (\*); per omnia genera, numeros, et complures casus. **De goede man / de goede vrouwe / het goede kind: de goede mannen / de goede vrouwen / de goede kinderen,**

In masculini declinatione adjectivum sequitur inflexionem articuli; in foeminino nusquam inflectitur. Neutorum inflexio est eadem quae masculinorum.

Adjectivo, positivè sumpto, accidit (ut apud Latinos) gradus comparativus et superlativus.

Comparativi characteristica est paragoge literae *r*: **wyede / saevus: wyeder / saevior.**

Super-

(\*) *Adiectivorum vulgarem terminationem in e non desinere; nec dici God is goede: — sed Stokium fol. 2. wyet / stark — scripsisse pugnatur MOONENIUS Ep. p. 12. Hic autem VERWER. Ep. ad Rel. p. 53: Het eenige hedendaegsche uitzonderingetje — daerop — is dat by sommige substantiva — het adjectivum de e — verliest / als 'er de articulus indefinitivus EEN boozgaat: t. w. by de neutra; EEN HOOG VERTREK, en alleen eenige masculina / EEN KLOEK MEESTER — want by vele masc. blyft mijn Regel in stant; — EEN HOOG BERG, enz. — De DETERMINATIE, wanneer 't adjectivum in dit laetste geval de e behoudt / en wanneer verliest — ligt in het schaakspel der silben by onzen Tongeslagh.*

Superlativi; paragoge syllabae *ste*. *Wzeede / saevus*, *wzeedeste / saevissimus*; pro quo vulgò per synopen, *wzeedste*,

Populi septentrionales, quibus nostram linguam debemus quodammodo, mutuati fuerint istud forte à Graecis: ut *νεγίτερος*, *νεγίττισος*.

Adde quod superlativis, ad majorem energiam, adplicari solet genitivus pluralis *aller / omnium*, ita, *allertwzeedst* valet, *omnium saevissimus*.

Comparativis, superlativisque nostris anomalia etiam est illapsa: ut, *goed / beter / best*. cujus quidem analogia arcescenda ab antiquo positivo *bet*. etc.

---

C A P. V I I.

*De Derivativis.*

**N**omina, tum substantiva, tum adjectiva, sunt vel *primitiva*, vel *derivativa*.

*Nomina Primitiva* nobis pauciora sunt numero; et (ut post latius) comperietur pro certo ipsos verborum infinitivos materialiter ac substantivè positos, praefixo articulo neutro, antiquitus plurimum usurpatos fuisse pro nominibus substantivis; consimiliter et participia passiva: ac subinde terminationem utrisque mutatam: propterea talia nomina verbalia hodiernum magna in parte neutrius generis esse.

Derivantur à *Nominibus*, *adverbiis*, *praepositionibus*, *verbis*: quae singula suis primitivis subjungemus.

A *Nominibus* derivantur quadruplicia: *Patronymica*, *Gentilia*, *Diminutiva*, et *Possessiva*.

Pa-

Patronymicorum characteristica pro filiis est **soon**: **Gezrit Jakobs- soon**: pro filiabus, **dochter**: **Anna Jakobs dochter**: pro quo figuratè efferimus **Gezrit Jakobse**; **Anna Jakobs**.

Gentilium characteristica est, **naer**. (\*) **Leidenaer**: **Utrechtenaer**: **Goudenaer**: **Haerlemmenaer**: **Rotterdammenaer**: **Amsterdammenaer**: etc. et his est sua Crasis, Euphonia ita jubente: nam vulgò efferimus **Rotterdammer**: **Amsterdammer**.

Diminutivorum characteristica est paragoge **ken**. **Huis**/ **huisken**; **strate**/ **strateken**; **paerd**/ **paerdken**; **boek**/ **boekken**: five (**ke** in **je** mutato, uti nunc Hollandis usus est) **huisje**/ **straetje**/ **paerdetje**/ **boekje**. (\*\*) *Augmentativa apud nos non suc-*

(\*) *Gentilium characteristicam NAER non esse ex eo colligit MOONEN. Ep. p. 12., quod non dicitur Buzselenae — Debenterenaer. — Deinde nonnulla in ee exire; ut Athener/ Romer. — Denique quae a regionibus veniant, variis esse terminationibus. Respondet VERWER. Ep. ad Rel. p. 53. seq. — Hoe 't hieende talen maken / raekt ons niet. [Nimirum varias eorum, quae a regionibus deriuntur, terminationes bene Belgicas esse negat, ut opinor.] Die niet langer dan 3 silben zyn; LEIDENAER, DELVENAER — lyden algemeenlyk — geene verhoorting; maar wel die van meerder silben. — In quo MOONENIO non satis fecisse videri posset. Ego quidem Athener/ Romer/ cet. contracta crediderim ex Athenenaer/ Romenaer; et si Buzselenae/ Debenterenaer non dicitur, ex analogia tamen dici debere.*

(\*\*) MOONENIUS quoque Ep. p. 12. addit tje: ut in paardetje — mannetje. quod aequè ac tjen recentioris aetatis est, teste HUYDEC. (Pr. p. 13.) Zoo de boogaende consonant een k of g ware/ word tot duidelykheid en om 't welklinken de s tusſchen gevogt/ als DORESKEN, JONGSKEN. De diminutiuis nostris

succurrit reperiri: ut quidem apud Italos, in *one* definitiva: ut à *lanterna*, *lanternone*: à *canna* (propriè arundo, et metaphoricè tubus scopletae) *cannone*, tubus bombardae.

Posfessivorum variae species; tum substantiva, tum adjectiva nomina: quibus accensentur apud nos etiam quae Latinis et Graecis audiunt Denominativa. Substantivorum characteristicae sunt terminationes hae paragogicae tres (\*), *dome* / *schepe* / *hede* /

TEN KATE (Hent. D. II. p. 75. seq.) Ten opzichte / ait, van den oorspronk van ons KEN, zo vind men in 't Vocabular. Anglo-Saxonicum THOM. BENSONIS, KIYN Diminutivorum terminatio. Maer men heeft ook in 't A-S / CYN, CIN, genus / propago / en de c is de eigenlijk gewoone Letter in 't Angelsaxisch dog niet de k; zo dat dit KYN of CYN in de A-S / en KEN in de Onze / en CHERO in de Hoogd. Dialect / zo veel als iet van zulk geslagt zou beteekenen konnen. Maer met ons TJE staen we alleenig in het veld. —

(\*) *Terminationes*, vt affirmat MOONEN. *Ep. p. 12*, — *paragogicae tres*, DOME, SCHEPE, HEDE *casus sunt obliqui a rectis* DOM, SCHAP, HEET vel HEIT. *Apud STOK. est* GEZELSCAP, LANTSCAP; — KERSTYNDOM — BISDOM; GOEDERTIERENHEIT — HOVESCHEIT. —

Cui sic occurrit VERWER. *Ep. ad Rel. p. 54.*: Meijers Woorzenschat III. D. toont DOEME: Vorhoorn op Veldenaer toont GRAEFSCEPE; zekere myne heuren — toonen — HEERLICHEDE. — onze woorden LENGDE, KOUDE, enz. die by afkorting / komen van LANGHEDE, ENGHEDDE, KOUTHEDDE, enz. bewaarcheden dit ook. Nempe BOXHORNIIUS in not. ad VELDENARIII *Chron. p. 148.* e *Glosfario Anglo-Saxonico* exhibet GEREFSCIFE. ceterum add. locus OLIV. DE LA MARCHE *Ration. Aul. et Imp. Duc. Burg.* apud MATTH. *Anal. Tom. I. p. 275* — het blyct dat den Prince meer van noode is DE VRYHEDDE van den Joncker Syndere. — Est etiam apud Anglo-

**hede**/ ut **eigendome**; **ouderdome**; **Dozstendome**; **maegdome**: **vziendschepe**; **vzoedschepe**/ **gemeenschepe**; **groothe**; **ledighede**; **getrouwhede**/ **gemeenhede**: Pro quibus post, longe tamen ante versionem Bibliorum Dordracenam, invaluit (per metaplasmum) **eigendom**; **vziendschap**; **grootheit**. Tres has characteristicas habemus à populis Septentrionalibus, linguae nostrae fatoribus; omnes unà analogicè femininas: quod adeò verum, ut quaedam, licet notionem universitatis induentes, tamen feminini generis maneant, ut **Vzoedschap**: **Gemeente**/ quod per varium metaplasmi anfractum est à **gemeenhede**: in **gereedschap** Metaphraetae Dordraceni (Exod. c. 38. et 39.) etiam servarunt genus analogicum femininum. interim usus anomalus multa substantiva in **dome** et **schap**/ forte ob *generis* logici relationem, fecit neutra; quaedam etiam masculina. Adjectivorum, quae possessivis accensentur, characteristicae sunt hae quinque (\*):  
**ijk**;

Anglo-Saxones **Wiscrope**/ **Cynrome**/ et **scype**, *praefectura, munus negotium, dignitas*, vnde **weazthscype**/ *dignitas*, alia. vid. TEN KAT. (Menl. Tom. II. p. 85) Qui et p. 81. e sermone Anglofaxonum profert **HADE**, i. e. *sexus, persona*, et **KNIGTHADE**, *pueritia*: e lingua item Francoteutonica **MAGATHHEITI**, *virginitas*: quamquam terminationem **DE** vel **TE** in **lengde**/ similibusque a Getarum **ITHA**, **THA** siue **DA**, ac Francoteutonum **THE** repetere videtur p. 68. seq.

(\*) *Characteristicas sunt hae quinque: Hier moet ic bijgeboegt worden / en niet gehouden woer ingekozt uit* **ACHTIGH**. — Men zegt niet alleen **DROEWIGH** — woer **DROEF** — maar ook **HOOFDIGH** — **GRACZIGH**, dat de *waerheit* eener *zake* *mitoekt*; daar —  
**ACH-**



lijk; agtig; saem; baer; loos. Ita habemus primò **Vaderlijk** / **Moederlijk** / **gemakkelijk**: secundò **voofagtig** / **bergagtig** / **steenagtig** / **kluchtig**: quorum quaedam metaplasma patiuntur, ut **stee-nig** / **kluchtig** / **eeuwig** / **gewichtig**; omniaque in **ig** desinentia: tertio **vreesaem** / **onachtsaem**: quartò **ruchtbaer** / **ontwiffelbaer**: quinto **nering-loos** / **ouderloos** / **sinneloos**.

In transitu characteristicarum earum etymon ac notationem e prisca analogia ita habe.

Nomina substantiva in **dom** denotant *facultatem quae de jure competit*, sive proprietatem juridicam; eene gerechtelyke toebehoorte; ende de welke iemande / by den **Rechter** / soude moeten worden toegedoemt ende toegekent.

In **schepe** (nunc **schap** / à **scheppen**) proprietatem physicam; eene geschapenheit ofte eigenschap; ofte ook stand / tusſchen meerdere / plaetse hebbende. Sic facile differentiam capies inter **eigendom** et **eigenschap**.

In **hede** (nunc **heit**) denotant ipsum adjectivum, substantiva terminatione indutum. ita **langkheit** idem ac **het lange**.

Accipe porrò in **inge** esse infinitivalia, et *actum praesentem* notare.

In **isse** / ab origine participialia, et notare *non actum, at potentiam*. unde patet discrimen inter **gedenkinge** et **gedachtenisse**; inter **begravinge** et **be-**

**ACHTICH** de gelykenis schynt te betekenen. —  
Haec MOONENIUS. HUYDECOP. Proeve bl. 571.  
— De bynaamwoorden / op 16 eindigende / zien op den aard of de geneigtheid.



**begraeffenisfe:** *mortui corporis sc. actualem humanitatem, quam libitinarii praestant; et pompam funebrem, quò invitamus prodeuntes in funus.*

In tsel etiam participialia esse et notare *rem ipsam jam actu productam*: ut **maektsel / smeertsel / verdigtsel / gespantsel / etc.** quorum multa, Imperatrix metaplasmī, Euphonia jubet scribere absque t.

Quantum ad terminata in **ije**; **hoobaerdije / mijmerije / klee dije / maetschappije / etc.** ea ab origine non constituerunt classem peculiarem; verum nomina sunt, quae propriè aliam terminationem habent, e praecedentibus unam; postmodum impropriè à Poëtis in versu isthac terminatione adornata. Sunt enim **hoobaerdigheid / mijmeringe / klee dinge / maetschap / etc.** imò Poëtae veteres nostri vocem **menigte** distorferant in **menije**.

Porro nomina adjectiva in (\*) **lyk** et **achtig** deno-

(\*) MOONEN. *Ep.* p. 14: dat van de Adiectiva / in **LYK**, **ACHTIGH**, **SAEM**, en **BAER** uitgaende / gezegt wordt / is onzeker — De Adj. in **LYK**, van een werkwoordt **afkoomstigh** / geben de moogendheit of ook de waerdigheid van iet te lyden te kennen / als **BEMINLYK**. — Andere / van **Zelfst. D.** — / het wezen en den aert der zake; als **GODLYK**. — **IS VREEDZAEM** te samen vredigh / wat is dan **EERZAEM**, **LEERZAEM**, **MINZAEM**? Zommige Adj. in **BAER** drukken eene mogelykheit uit om iet te lyden / als **TILBAER**; — andere eene daedelykheit zelve; als **DANKBAER**. — **BAAR**, inquit **HUYDEC**. *Proeve* bl. 436, betekent in een' werkenden zin / dat **DRAAGT**, of — kan **DRAGEN**: in een' lydenden zin / dat kan **WORDEN**: — **DRAGEN** is **BAREN**, **VOORTBRENGEN**. **WORDEN** betekent op zich zelf het eerste aannemen of onthangen van een wezen: — zoo dat **WORDEN** en **doortgebract** worden niets — verschillen / ten opzichte van den Lydenden persoon. et paullo ante:

notant *similitudinem* aut *verisimilitudinem*; à verbis *gelijken* / *assimilari*, et *achten* / *aestimare*.

In *saem* / *unionem* et *concursum*; *breedsaem* / *te samen vzedig*.

In *baer* / *effectum*: à *baren* / *gignere*, *indrukbaer* / *barende eenen indruk*.

In *loos* / *privationem*: à veteri Saxonico, et hodierno Anglico, *luss* / *perdere*: unde nobis est *lofen* / *demittere*.

At facit usus anomalus, ut normale hoc etymon aliquando turbetur; simulque terminationes illae tributae sint aliis orationis partibus. sic in *nisse* fabricata sunt multa quae patiuntur accenseri infinitivalibus, imò et adjectivalibus: in *erije* / agendi consuetudinem notantia, ut *bzassertije* / *hoerertije*; vel agendi locum, ut *bzoutwerije* / *bzanderije*; (Gallis et Italis haec debemus) vel universitatem, etc. ut *specertije* / *schilderije* / *kruidertije*.

## CAP.

ante: geboegd achter een Zelfst. Naamw. moet het in een' WERKENDE, maar achter het zaakl. deel van een' LYDENDEN zijn genomen worden. p. autem 623: De uitgang ZAAW of SAAM betekent doozgaands een vermogen of bekwaamheid om iets te doen / si scilicet verbo adiciatur. Multo aliter exponit TEN KAT. (Nent. D. II. bl. 87: de grondbeteekenis van ons zaam of saam (zoo wel als van LIJK — van LYKEN II. cl. *similem esse*) wil een gelijkheid en overeenkomst zeggen; dus M. G. SAMO, *idem ipsum*, en F. Th. SAMO *sicut*, cet.

De terminatione adiectiuorum in *agtig* / *similitudinem* quamdam significante, vid. idem HUYDECO. [Proeve bl. 271.]

## C A P. VIII.

*De Pronominibus et Numeralibus.*

**N**umeralia, quæ Pronominibus accensentur, sunt *een* / 1: *twee* / 2: *drie* / 3: *vier* / 4: etc. Solum numerale *een* recipit genus et declinationem in singulari; vocaturque aliquibus, non quidem abs re, articulus *indefinitus*.

*Ut, pro masculino.*

In Nominat.	<i>een man.</i>
Genit.	<i>van eenen man / vel eenes / vel eens mang.</i>
Dativ.	<i>aen eenen man / vel eenen manne.</i>
Accusf.	<i>eenen man.</i>
Ablat.	<i>van eenen man.</i>

*Pro feminino.*

In Nominat.	<i>eene vrouwe.</i>
Genitiv.	<i>van eene vrouwe / vel eenes vrouwe.</i>
Dativ.	<i>aen eene vrouwe.</i>
Accusat.	<i>eene vrouwe.</i>
Ablativ.	<i>van eene vrouwe.</i>

Caetera numeralia manent indeclinabilia, nisi quod in oratione recipiant terminationem *en* / *met hun twee*; *drie*; *viere*; *vyve*; *seffen*; *honderden* / etc.

Por-

Porro Pronomina nobis sunt haec, *ik* / *ego*: *gy* / *tu*: *hy* / *ille*: *dese* / *hic*: *die* / *is*: *self* / *ipse*: *wie* / *welk* / *de gene* / *quis*: *mijn* / *meus*: *uto* / *tuus*: *zyn* / *hunne* / *suus*: *ong* / *noſter*: *utolieder* / *veſter*. Diviſio nobis eadem eſt quae Latinis.

Olim ſub ſeculo analogo dicebamus *Du* / *tu*; *gy* / *vos*: et quidem perappoſite. (*du* in caſibus obliquis habet *di*) ſed pro eo dicimus in Hollandia *gy* / *tu*: *gpluiden* / *vos*. pro *ſy* alias etiam dicimus *ſpluiden* / *illi*. non (\*) *gplieden* / *ſplieden*; quod Flandriſ proprium. Curia Hollandiae ſcribit diſertè, *ſtaedſluiden van Holland*: non *ſtaedſlieden*. Euphonia, pronunciationis noſtrae regina, jubet tamen dicere *ullieden*; non *uluiden*.

Quatuor priora pronomina ſunt quaſi ſubſtantiva; reliqua adjectiva: recipiuntque unà numerum, genus, declinationem; de quo nihil addo, quod res ſit levis. tantum habe, *ſe* / in accuſativo (uti maxime frequentant Metaphraſtae Dordraceni, HOOFDIUS in *Henrico IV.*, celeberrimique auctores coaetanei) nunc ferè non amplius in uſu eſſe, niſi Poëtis: quin Proceribus receptum nunquam.

*Wie* femininum recipit apud Poëtas in genitivo ſingulari *wier*. Sic *die* habet eodem caſu *dier*.

HOOF-

(\*) De Pronomina *GY LIEDEN*, *U LIEDEN*, inquit MOONEN. Ep. p. 15, worden nochtans van de Hollandſche Rijkshronyke gebruikt. Haec adhiberi demum potuerunt, poſtquam pluralia *gy* et *u* loco ſingularium *du* ac *dy* eſſe coepere. Mihi quidem iſtud *LIEDEN*, ſive *LUIDEN*, quod *homines* notat, et perſpicuitatis cauſa pronomibus accedit, ridiculi quid habere, nec neceſſarium eſſe videtur, cum boni ſcriptoris ſit efficere, ut aliunde perſpicua fiat oratio.

HOOFDIJUS in *Henr. IV. De Koninginne / op*  
*wier persoon Hy zich verflingert bond: sed in fo-*  
*luta Oratione nemo sequitur.*

Pronomen *selve / ipse* (ad instar Latini *ipsisimus*)  
 recipit superlativum *de selfste*.

Quemadmodum *die / dewelke* referuntur ad an-  
 tecedens; ita Belgis est peculiare relativum ad fo-  
 lum consequens (nulla alia lingua id habet, quod  
 scio) nimirum *het gene* in neutro. *Sy pleegden*  
*alle ongebondenheit / ende ('t gene selfs alle*  
*menscheljkheit te buiten gaet) sy en spaerden*  
*geenen suigelingen aen 's moeders borsten. Het*  
*gene* hic refertur ad id quod sequitur: et ita semper.  
 ut nequaquam ferendus sit eorum error, qui, *het*  
*gene* usurpant ut relativum ad antecedens generis  
 neutrius, dicentes, *het hart / 't gene reikhalst:*  
*het swaerd / 't gene geslepen was.* Neque us-  
 quam id usu reperias firmatum. tentant quandoque  
 auctores id mundo proponere, ut videant quò abi-  
 turum sit: neque tentamini consimili nos contra ob-  
 nitimur in re Grammatica: dummodò cautio sit; nè  
 analogiae, prout eam in capite secundo supra firma-  
 vimus, ulla fiat jactura.

## C A P. I X.

## De Adverbiis.

**A**dverbia sunt multarum classium. eas enumerare mihi non vacat. ad Grammaticam Vosii se remitto; et ad Dictionaria. Id solum animadvertete, quatenus *negandi* adverbia, nos Belgas (extra casum infinitivi ac participii) negare, non unica particula, ut Latinos; verum binis, ut (\*) Gallos: licet priscae nostrae linguae specimina doceant, nos id Gallis non debere. habemus alteram particulam antecedentem *en* / consequentem alteram *niet*. *Ik en kan niet: ik en wete niet* / etc. pro quo prisci Belgae, quin adhuc Stokkius in Chronico Hollandiae rhythmico, dicebant, *ik ne kan niet*. Strictè hoc observarunt HUGO GROTIUS in omni suo scripto vernaculo; EQUES HOOFDIUS in *Henrico IV*; et *Metaphrastae Dordraceni*. servant etiamnum nostri *Proceres*: ut jure pronunciemus, pertinere hoc ad essentiam *linguae* nostrae *communis*; atque à nullo privato pendere, istud penitus ejicere. Quodque auctores perfectionem hanc aliquandò secus habeant, facit *Ellipsis* syntactica, numeri Oratorii gratiâ. Ipse VONDELIUS, ut ut assiduus in *metaphrasmo* ac *figura*, non desinit tamen perfectione eâ uti; ut videre est innumeris in locis. quin, sub vitae finem, in *metamorphosi* Ovidiana rhythmica; pag. 63. *Want ik en wijk' geen sing*. In *Horatii*  
Flac-

(\*) VAUGELAS REMARQUES. in NE, PAS.



*Flacci* versione soluta, *Carm. l. i. ode xi.* idem praestantissimus Vir: **Ende en laet utwe geboortestart niet lezen.**

Adverbiis nostris accidunt primò Gradus comparativus et superlativus; ut apud Latinos. **Nae/naeder/** (seu per syncopen **nae'er**) **naest; ras/rasfer/ allerrast:** quod puto derivari à **rad/ velox:**

Secundò Gradus diminutivus, exiens in **heng;** ut **ras/ rasheng: soet/ soetheng.** Pro quo nunc **rasjeng vel rasjes/ etc.**

Tertiò, derivatio substantivorum adverbialium, desinentium in **heit.** ut à **ras/ rasheit:**

Quartò adverbiis, ortis ab adjectivis in **lyk/ accidit** terminatio in **en.** (\*) ut **hoogstatelphen.**

## CAP.

(\*) **MOONEN.** *Ep. p. 15.* Adverbiis, ortis ab adiectivis in **LYK** accidit terminatio in **EN.** — Dit is niet algemeen waer. — **Windt men by den Spynkronghschypwer LIEFLIKE, HEIMELIKE,** — men **windt ze allen/ als slotwoorden in een sleepend rpm.** — **Anderz leest men daer alomme BLIDELIK, DROEVELIK.** — Huic vero opposuit **VERW.** *Ep. ad Rel. p. 52.* **CORTELIKEN e STOK.** *Flor. V. vs. 964.* Cui addi possent plura; exempli gratia, **VELDENAER.** *Fasciculus Tempor. bl. 5.* — **Dese Gzeess — hadt — VRIENDELICKEN.** — **BEK.** *Chron. apud MATTH. Anal. Tom. III. p. 30.* **erliken. p. 42.** **lyliken. p. 73.** **tendzachtliken.** Non semper in fine versus legi **LIEFLIKE** cet. patet **e STOK.** *lan. II. p. 218. 226.* **Died. I. p. 10. v. VELTHEM Spieg. Hist. p. 253.** med. **CORTELICK** autem, vt exemplo vtar, est a **CORTELIKE**, quod et ipsum ex pronunciatione, quæ absorberi solet, ortum fuit, eoque propius accessit ad originem suam. **TENKAT.** *Menl. Tom. II. p. 77:* **In 't A-Saxisch had men hier vooz LICE, in 't F-Th. LICHO, LICHE; als A S. BICHTLICHE recte.** — **F-TH. ER LICHO, ER LICHE honeste.**

## CAP. X.

## De Praepositionibus.

**P**raepositiones sunt nobis quaedam *inseparabiles*,  
ut *ge/ ont/ be/ her/ ver/ mis/ wan/ on.* (\*)  
qua-

- (\*) Est tamen, vbi contrarium in vtroque negotio fieri intelligas. Sic nomina sunt *gemeente / pro qua forma legas meente / vt in pactione, quam exhibet s. n. VAN IDZINGA Staatsrecht der Vereenigde Nederl. D. II. bl. 345. seq. vbi occurrit de meene meente; add. STOK. B III. vs. 76.*

*Hem volgheden / na harre manieren /  
Die kenemaren / dat al ghemene /  
En al de meente / groot en cleene.*

*Mittersum bhande de Wedeme mitte Meente / et: — mit syn Meente-luiden legimus in Chronico Groning. IO. DE LEMMEGE apud MATTHAEVM in Vet. Aevi Anal. Tom. I. p. 73. ed. Quart. [Vox meente pro gemeente etiam hodie in Transilvania in vfu est. In actis publicis semper Magistratus et Tribuni Pleb. urbis Dauterriensis vocantur. Raad en Meente.] Ontstentenisfe / behamste siue bekoomste / herkoomste / ver- toog / sexcentaque alia, quae in infinitiuis, apocopen pasfis, cernuntur: vti gebzek / onthoud / besoop / ver- trek. Haec enim, quantumvis origine sua verba, vfu tamen nomina sunt. — Sed et mis verbis non raro praep- onitur; vnde est miszuiken / misdoen / misgrijpen / misgunnen / mishagen / mishandelen / misleiden / mis- lukken / mispryzen / cet. vt alia minus vsitata tacea- mus, de quibus conf. KILIAN. De duobus illis wan et on recte dictum est, nisi quod, wan / vt hodie in wanhopen / ita olim fuerit in wandelen / luere, wan- hagen / displicere, wanheugen / desperare, wanklagen calumniari, wantweten / ignorare. vid. KILIAN. Qui on cum tribus tantum verbis compositum habet in on- steken accendere (nunc ontsteken dicimus) Gothicum au-*

quarum ultimae tres vulgò solis nominibus junguntur ac participiis; aliae verbis tantum per omnes modos temporaque.

Quaedam *separabiles*, ut *tot / by / vooz / toe / tegens / nebens / boven / ober / binnen / buiten / om /*

tem **AND**, **ANDA** *in, contra, per*; **UND** *usque pro*, Francoteutonicum, **INT**, **ANT**, **UNT**; Anglosaxonicum **AND**, vel **OND** siue **ON**, quod etiam nostrò **aan** et **in** respondet, et **ON**; Germanicum **ent** denique nostratum **unt** exprimere solent. v. **TEN KAT**. *Went*, D. II. bl. 55. seq. quem et lege de **sin Belgico** p. 59.) *onstercken / debilitare, onbzijen / de wegen onbzijen / obfidere et intuta facere itinera.* Verum, vt modo dicebamus, haec bene monuit. De vi praepositionis **ter** in verbis praecleara notauit **FORTMANNVS** *Caalkund*, Mann. bl. 12 — 21.

Ad *Inseparabiles* referri quoque debet a *σεντινδν*, ortum ex *abe / siue au*. Hinc est apud antiquos *amacht*; *impotentia amachtich / impotens, amachticheid / imbecillitas, aweerd / auweerd / indignus, vilis, atweg / locus auius, atwegigh / auius, atwys / amens et dissonus, cet.*

Vicissim a illud *ιπιρατινδν* fuisse videtur. Quam suspicionem nostram nemo aegre feret, qui nonerit, *ati / ave / au* et a eadem esse, atque eandem in compositis priuandi vim habere; tum etiam viderit pro *oubolghe* et *oubolghigh* scribi quoque *abolghe* atque *abolghigh*. Cum autem *abolghe* iram; *abolghigh* iratum denotet, atque haec significationes a notione *tumoris* deriuentur: [Leg. Vir doctissimus **I. STEENWINKEL** in not. ad *Malman. Disf.* §. VIII. *Caalk. Meng.* D. d. 3. *Ling. Patr. exc. amore.* N. II. p. 113. seqq. conf. *D. Bdzagen* Tom. II. p. 296a.] non potest sane, quin his in vocibus, vti *uu / sic* a significandi vim intendat. Adeoque in hoc certe negotio a nostrum cum Graecorum illo a fere conuenit; nisi quod hoc in eadem voce saepenumero vtrumque designet. Exempla dabunt cel. **VALKENAER**. *Adnot. in Adoniaz. Digresf. a Theocriteis* p. 215 — 234. et **RVHNKENIVS**, vir longe eruditissimus, ad *Timaei Lex. Plat.* voc. *Ἀγρός*. p. 38. seqq.

om/ ontrent/ tusſchen/ op/ onder/ dooz/ be-  
halven/ na/ naer/ naeft/ van/ uit/ ſonder/  
met/ in/ af/ aen. Si quae alia ſit praeter has,  
eam ſuppeditabit KILIANUS in Dictionario.

(\*) Obſerva hic, **over** priſcis uſurpatum tam  
ſimpliciter quam in composito, ubi nunc **vooz**. Ita  
STOKKIUS in chronico rhythmico in vitâ *Florentii V.*

**Die Gabe hilt dit over ſpel.**

Id est, **vooz ſpel/ vooz jokkerup.**

Verſiculum hunc tibi allegare juvat, quod hic  
perperam intellectus poſteris unicè anſam praebuerit  
putandi, Comitum noſtrum cum uxore Gerardi  
Velfii

(\*) Locus ita eſt ex editione HYDEGOPERI B. IV. vs. 1476.

**Ik ſeg u/ dat ic ſeker weet/  
Dat de Gabe hilt over ſpel.**

Sed ne quid dubites, ſcripſit & VELTHEM. *Spieg.*  
*Hiſt.* B. III. c. 37. bl. 194.

**Entie lande ſijn an hem geronnen/  
En hebbene ouer Here ontfaen.**

Idem STOK. B. I. vs. 321.

**Als men ſcreef achte hondert iaer  
En dze ende feſtich ouerwaer.**

vid. et B. II. vs. 3. v. VELTHEM *Spieg.* *Hiſt.* B. II.  
c. 18. bl. 102. Qui vel eo ſenſu adhibet, vt etiam  
*ante* ſignificare appareat. B. VI. c. 17. bl. 385.

**Si ſelen doen/ alſe men pleget/  
En ouer menich iaer es geſeget.**

Nolim itaque, nos accuſarent ceterarum regionum ho-  
mines, cum dicamus: **over eene week pro eo, quod**  
**illi: voor eene week.**

Velfii Equitis in adulterio vixisse: quod tamen inde non constat.

Voces porrò omnes cum *oer* (sive abbreviativè *oer* / *oir*) compositae *sumum* sive *extremum* quid notant. *Oirlogh* / *discrimen sumum* sive *extremum*. *Konde* est *testimonium*: hinc *oirkonde* *supremum testimonium*, quod, nempe, ipse Magistratus perhibet. *vrede*; *oirvrede* *summa pax*. *Oete*; *oirvete* / *extrema invidia*, etc.

(\*) Praepositionibus et sua sunt derivativa, tam adjectiva quam substantiva: at minutias omnes non persequimur.

## C A P. XI.

### *De Conjunctionibus et Interjectionibus.*

**C**onjunctionum et Interjectionum catalogum dabit KILIANUS in Dictionario, junctus cum Vosio in Grammaticâ.

. Id

(\*) *Separabilibus* nempe. Qualia sunt a *hoor* / *de hoorste* / ac *hoorden* sive *hoorden*; *tegenheid* [quod nostris temporibus quotidiano sermone dicimus pro fortuna adversa.] a *tegen*; *bejegenen* / *occurrere*, vel verbis aliquem excipere, itemque conviciis, a *jegen*; *ver-oeren* ab *oer*; *nader* et *naderen* / a *na*; *naasten* a *naast*; *uitten* *proferre*, *uiterste* ab *uit*; *innen* / *exigere* vel *accipere*, ab *in* cet.

Regunt autem praepositiones separabiles casum illum, quem diximus, in articulo ac pronomibus tertium singularem: in ceteris, ut videntur, nihil inflectunt.

Id tantum monendus es circa Conjunctionem copulativam nostram; eam non esse, *en* (ut vulgò per metaplasmum licentiam pronunciatur, aut scribitur) sed *ende*; ad distinctionem particulae nostrae negativae *en*. Ita habent constanter *Proceres*; *Metaphraetae Dordraceni*; GROTIUS; JUNIUS; HOOFDIUS in *Henrico IV*; et nemo non, extra metaplasmum, aut figuram.

Hinc, ob confusionem vitandam, vox Latine *finem* notans, nobis est *einde* / non *ende*. Ita in auctoribus.

---

C A P. XII.

*De Verbo, et quidem analogo; et Conjugatione.*

**S**ubsistere nequit ulla Periodus nisi Subjectum detur unàque et Praedicatum. Subjectum est vel *persona* vel *res*. Praedicati characteristica *verbum* est; quippe quo de subjecto praedicatur aut actio; sub qua et perseverationem concipimus; aut passio.

*Verbo*, tum personali, tum impersonali, accidunt *genus*, *modus*, *tempus*, *conjugatio*.

(\*) Genera sunt tria; *Activum*; *passivum*; *neutrum*, sive *perseverationem* notans.

(\*) Mo-

(\*) Si forma, non significatio spectetur, *verbum passivum* sermone patrio deest. Etenim significatio verborum, quam vocant, *passiva* apud Latinos litera *r*, apud Graecos syllaba *μν*, formae activae accedente, digno-  
sci.



(\*) Modi quatuor; *Indicativus*; *Imperativus*; *Subjunctivus*; *Infinitivus*. et infinitivo (quod attinet ad

scitur; adeo ut diuersa vocis eiusdem forma dicenda sit. Belgae vero significationem passiuam ita efferunt, ut nomen adiectiuum, ab actiuo deriuatum, component cum verbo *worden*/ quod, si rem Grammaticae, ut aiunt, non physice agi cupias, non tam passiuum [quae enim passiuum apud nos characteristica vel litera vel syllaba est?] quam substantiuum verbum adpellari debeat. *Neutorum* autem adpellatione, quam et in lingua Latina, cum PERIZONIO, v. c. not ad *Sancti Min.* Lib. III. c. II. probauerim equidem, ea intelligo, quae nec agere vnum in alterum, nec pati quid vnum ab altero designent.

(\*) Huc quoque Grammaticorum Latinorum ratio male, ni fallor, transferri solet. Nec, quod in Latinos frustra dixit Sanctius: *Qui finxere modos, ratione modoque carebant*, illud hic vere dici inficio. Diu est, quod me docuit PERIZON. ad *Sanct. Min.* Lib. I. c. XIII. eodem plane modo se habere *Modos in verbis, quo casus in Nominibus. Utrosque consistere in diuersis terminationibus pro diuersitate constructionis.* Commode itaque defini posse Modus videtur diuersa in iisdem temporibus pro constructionis diuersitate ratio. Sed vide mihi bellas Grammaticorum ratiunculas. *Ik be- min/* aiunt, est praesens Indicatiui; subiunctiui, *dat ik be minne/* siue *laat my be minnen*: Imperfectum Indic. *ik be minde*; subiunct. *ik zoude be minnen/* cet. Ne iam dicamus, parum recte, iubente licet vsu, in Indicatiuo, quem illi vocant, scribi *ik be min/* pro eo quod olim scripsit optimus quisque *ik be minne*: tum vero interrogare lubet, sitne haec diuersa vnus vocis terminatio *ik be minne/* et *dat ik be minne/* siue *laat mij be minnen*? *Ik be minde/* et *ik zoude be minnen*? Nonne potius *dat ik be minne* Definitiuus est praecedente coniunctione? *Laat my be minnen/* Infinitiuus praecedente verbo, secundae personae, quae quidem viui imperandi habeat? Nonne *ik zoude be minnen* item est Infinitiuus praecedente verbo? Sola opponi posset tertia singularis: ut, *hy zalige*; quae ab illa Indicatiui, *hy zaligt* quam maxime est diuersa. Quam causam infra

ad formationem) quidem subordinantur *participium, gerundium, supinum*:

(\*) Tempora verborum quinque; *praesens, imperfectum, perfectum, plusquamperfectum, futurum.*

Con-

agemus ad C. XIV. IV. not. \*\*\*. Quare, cum Imperatiui tantum secunda et tertia singularis *bimin* *gp*; et *hij* *hemine* (Nam in secunda perf. plur. locum modo mutat pronomen aut omittitur etiam; in tertia vero plur. Infinitiuus cum verbo finito, vel Indicatiuus cum coniunctione comparet.) cum, inquam, haec tamen Imperatiui persona peculiari quadam terminatione cernatur, superest, vt tribus omnino Modis verba nobis absoluantur; *ἰερταῖω* h. e. *Finitiuo, Imperatiuo, atque Infinitiuo.*

(\*) *Tempus* nihil est aliud, quam diuersa eiusdem verbi secundum significationem rei praesentis, praeteritae ac futurae terminatio. Eiusdem, inquam: nam, si ad formanda tempora verbum plane aliud cum participio in subsidium vocatur: numquid hoc alterius verbi *tempus*, Grammatico sensu appellari poterit? cuius tamen praecipua virtus in terminatione ponitur: non in alio verbo atque alterius participio. tum verbum illud non inflecteretur, sed ei substitueretur nomen adiectiuum et verbum prorsus diuersum. Intelligis, nobis perfectum, plusquamperfectum, imperfectum, quod vocant, subiunctiuum atque futurum vtrumque *tempora* proprie dici non posse. Quod eo trahi nolim, quasi loquendi formulas eiusmodi prosciberem. Quibus, qui commode loqui voluerit, aegre careat. Et regnat illud quoque genus in passiuis Latinorum iuxta ac Graecorum. Id modo, velim, notassent nostri, *ik hebbe hemind / — hadde hemind / — zal heminnen / — zoude heminnen / — zal hemind hebben /* ea per abusionem quamdam *tempora* vocari. Vtinur autem imperfectis nostris ac perfectis non tam curate, quam Latini suis. De temporibus apud Romanos neminem poenitebit legisse *SCHELLERVM Praec. Stil. b. Lat. P. I. c. 2. p. 168. sqq.* Ac de vniuersa temporum Graecorum Latinorumque ratione *SAM. CLARK. ad Homer. Iliad. A. vl. 37. ed. Ernest. p. 8, 9, 10.*

Conjugatio est variatio *Verbi* per modos, tempora, personas. de hâc prisca analogia sic tulit.

I. Cum *Verbis* nostris perpetuò incedebat copulata aliqua e sequentibus quinque praepositionibus inseparabilibus: **ge**; **ont**; **be**; **her**; **ver**: in tantum ut istae perpetuò essent *Verborum* nostrorum firmae characteristicae.

Nemini, in Linguâ Belgicâ versato, id dubium erit, quantum attinet ad postremas quatuor. Et licet prima, **ge**/ post in plurimis *Verbis* obsoleverit; ejus tamen patent vestigia, omni contradictione majora, in verbis iis quae hodiernum ἀμφοτέρως scribuntur: nimirum nunc additâ eâ praepositione, **ge**; nunc demptâ. ut

**Gebeteren**; **gedenken**; **gedoen**; **gedoogen**; **geduren**; **gekrijgen**; **geliggen**; **gemerken**; **genaken**; **geraken**; **geseggen**; **geswijgen**; **getroosten**; **getuigen**; **gebatten**; **gebinden**; **geboegen**; **gewaagen**; **gewennen**; **gewenschen**; **gewinnen**. multa-que alia.

II. Characteristicam infinitivi activi fuisse syllabam finalem, **ne**: ut **gestellene**; **ontstellene**; **bestellene**; **herstellene**; **verstellene**. (\*) Id docent exem-

(\*) *Characterist. inf. act. fuisse syll. NE Verwero non credit MOONENIVS Ep. p. 15. Nequē enim ita esse in Gothicis, neque in Francoteutonicis. Quodsi apud Anglos, Maioresque nostros reperiatur, id in gerundiis tantum, aut, quae dicitur, rectione fieri. Atque hoc vel in ipsis exemplis Verwerianis manifestum esse. Ad haec VERWER. Ep. ad Rel. p. 43: In mijn Schepenenbiejse van 1435. hebbe ik / ENDE HI GELIËDE ER AF VOLDAEN TE WESENE: is daer gerundium of casus rectionis?*

Sed,

exempla in vetustissimis nostris Scriptoribus; *Stokio* in chron. rhythm. aliisque. Probatum etiam auctoritate idiomatis certi cujusdam Edicti, ab Imperatore *Carolo V*, pridem *Hollandiae* Comite, hic promulgati, ann. 1522; Decembris die secundo, (quod sanè non magnum est temporis intervallum) cuique titulus est; **Ordonnantie ende Edict / dat men geene Lecke of Wierlijke personen en vermagte daghene / betrekene / of anderssing te molesterene in 't Gerechtelyk Hof: om actien personele / reële / mixte ende civile / &c. nogte by den selven Hofe geene provisien in gelijke saken te decernerene.** Neque peculiari Flandricismo id vertendum, at generatim ita Belgis fuisse ab origine, evincunt prae-scae linguae Borealis (undè nostra) monumenta; quorum authenticum, dignissimumque lectu, vulgavit nobis *Marcus Zuerius Boxhornius* ad calcem *Historiae ecclesiasticae Haimonis Episcopi*. *Leidae* apud *D. Lopez de Haro*. 1650. in 12. *Metaphrastis Dordracenis* alià atque alià vice veterem hanc analogiam libuit sequi; item *Equiti Hoofdio*; forte unice ob rei memoriam.

Quan-

Sed, si huc etiam nobis symbolum nostrum conferre licet, locum me legere non memini, in quo infinitivus, simpliciter positus in *e* siue *ne* exeat; saepe vero, ubi a verbo aliquo antecedente pendeat eiusmodi infinitivus. Sic in *Chron. incerti Auctoris* apud *MATTH. Anal.* Tom. I. p. 49. Anno cixccc ende ix regererde Gouds bloet van lopene. Vide et totum *Rationarium Ital. et Imp. Car. Aud. Duc. Burg.* Tom. I. *Anal.* *MATTH. STOKIUS* B. III. vs. 1178. B. VII. vs. 769. et *HUYDEGOP.* ad B. IX. vs. 526. *VELTHEM Spieg. Hist.* L. III. c. 17. p. 101. c. 18. p. 118. Lib. VI. c. 17. p. 385. Atque ita plurimis in locis.

Quantum nunc ad *tempora* attinet; ex solo infinitivo activo, sic posito analogicè, ea imus formatum: ut sequitur.

I. Tempus quidem praesens Indicativi activi; per solam, nempe, *apocopen* syllabae finalis, ne: ut

**Ik gestelle / ontstelle / bestelle / herstelle / verstelle.**

II. E praesenti eo tempore formatur ejusdem Indicativi tempus imperfectum; per *paragogen* syllabae *de*. ut

**Ik gestellede / ontstellede / bestellede / herstellede / verstellede.**

III. Ex imperfecto eo formatur participium activum; per solam *epenthesein* literae *n* ante ultimam syllabam. ut

**Gestellende / ontstellende / bestellende / herstellende / verstellende.**

IV. Participium passivum formatum fuit addendo infinitivo nostro antiquo literam *t*. **Gestellenet / ontstellenet / (t.)** (\*) sic directè fluebat è linguis Borealibus, quae ibi habent *nat*; fortè à terminatione Latinorum in verbis conjugationis primae; *atus, ata, atum*.

No-

(\*) De formatione participii passivi praeteriti temporis ex infinit. in *ne* desinente dissentit MOONEN. *Ep.* p. 17. obicitque apud Anglo-Saxones duplicem fuisse eius participii terminationem *T* et *EN*. Atque hoc, ut sub eandem normam diversa reuocaret, sumsisse se fateatur VERWER *Ep. ad Reb.* p. 51. Vnde etiam sit illud quod p. 49. Id. *ik lasse / ik spake* ex *ik lasede / ik spakede* orta fuisse pronuntiauerit.



Notandumque est, quatuor hos Canones esse totius Conjugationis Belgicae radices. Caetera quippe tempora, ad modum aliarum viventium linguarum, *improprie* semper nobis conjugata, *auxilioque* certarum vocularum; ut **hebben** in activis ac neutris; **worden** et **zijn** / in passivis; et utrobivis, **sullen**.

Scias praeterea, sub seculo analogo fuisse talem Conjugationem communem omni *verbo* Belgico; ita ut vocalis, quae in Indicativi activi tempore praesenti erat penultima, maneret invariata in ejusdem generis imperfecto, simulque participio passivo. Ex. Gr.

<b>Ik gestelle /</b>	<b>ik gestellede /</b>	<b>ik hebbe gestellenet.</b>
<b>Ik gescribe /</b>	<b>gescribede /</b>	<b>gescribenet.</b>
<b>Ik gespreke /</b>	<b>gesprekede /</b>	<b>gesprekenet.</b>
<b>Ik gesinge /</b>	<b>gesingede /</b>	<b>gesingenet.</b>

Ubi tamen per Syncopen mox invaluit **gestellet / gescribet / gespreket / gesinget /** &c. Et sic passim.

Penes aliquos populos Boreales, a quibus nobis Linguae nostrae fons, seculum analogum etiamnum hic durat. Priscis nostris majoribus ea erat simplicitas, dum legendi scribendique erant rudes, ut nescirent anomalias: pari modo ut nec hodie pueruli nostri.

Succesit deinde seculum anomalum, sub quo praepositio **ge /** per aphaeresin auferri invaluit in Belgio; eam tamen Hollandi, Provinciaeque aliae, retinuerunt in participio passivo: Frisii auferunt ubique. Invaluit itidem in infinitivis apocope **e**: ut dicamus nunc **stellen; ontstellen; bestellen; herstellen; verstellen**. Quemadmodum etiam in imperfecto Indicativi invaluit syncope **e**. **Ik stell'de; ont-**

**E**

**stel**



**stell'de; bestell'de; herstell'de; verstell'de.** Pari modo ut et fit in participio passivo. Irrepfit et operosior anomalia; quae quadripartita, ac post nobis manifesta fiet.

Interim per totam conjugationem *Verbum* nobis postulat pronomen personale sibi junctum inseparabiliter et sub soloecismi poenâ. **Ik stelle / gy stelt / hy stelt: wy stellen / gyluiden stell't / spluiden stellen:** contra quam in Graecis ac Latinis, Linguis viventibus fere omnibus id proprium.

Qui nunc analogiam hanc praelibaverit, ei Conjugatio Belgica non erit mysterium: antequam eam, quatenus usque hoc tempus manet analogica, persequamur. in antecessum, praeibit ad hodiernum usum Conjugatio quatuor *Verborum auxiliarium*, **sullen; hebben; zyn; worden.**

Majores nostri, ante annum Chr. 1300, sub seculo analogo, conjugabant ita: **Ik hebe / du hebes / hi hebet: wi heben / gi hebest / si hevent.** Similiter. **Ik stelle / du stelles / hi stelt: wi stellen / gi stelt / si stellent.** Ubi mirari debemus conspicuam analogiam; quod singulis *personis* sua erat characteristica in ipsâ dictionis inflexione; seorsim à pronomine. Fuerunt in eo majores multò perfectiores nobis, qui seculum vivimus, quo plurimas characteristicas perdimus caecâ metaplasmi prurigne: ut cum Terentio liceat effari:

*Facimus nae intelligendo, ut nihil intelligamus.*

Sed, age! institutum prosequamur juxta hodiernum usum.

V E R B U M, **Sullen.**

Quâ id *μονολέξει* efferamus Latinè, dictio nobis deest: nisi velis *forè*. Graeci habent *μέλω*. Anomalum hoc nobis est, tam altè quidem: ut analogiam ejus haurire nondum potuerimus.

*Indicativo modo.*

Tempore praesenti { ik sal/ g<sup>g</sup> sult/ h<sup>h</sup> sal.  
 w<sup>w</sup> sullen/ g<sup>g</sup>pluiden sult/  
 s<sup>s</sup>pluiden sullen.

*Subjunctivo modo.*

Imperfecto { ik soude/ g<sup>g</sup> soudt/ h<sup>h</sup> soude;  
 w<sup>w</sup> souden/ g<sup>g</sup>pluiden soudet/ s<sup>s</sup>plui-  
 den souden.

*Infinitivo.*

**Sullen.**

*Participio activo.*

**Sullende.** Memini me legisse in imperfecto **sou-  
 dende**: sed, licet appositè posset usurpari, non est  
 in usu.

V E R B U M, **Hebben/ habere**, activum.

Est etiam, hoc anomalum; vetus analogia erat,  
**ik hebbe/ ik hebbede/ gehebd.** In triviali sermone  
 dicitur etiam **behebd/ correptus.**

*Indicativo modo.*

Temp. praes. { ik hebbe/ g<sup>g</sup> hebt/ h<sup>h</sup> heeft.  
 w<sup>w</sup> hebben/ g<sup>g</sup>pluid. hebt/ s<sup>s</sup>plu-  
 luid. hebben.

Imperf. { ik hadde / g<sup>p</sup> hadt / h<sup>y</sup> hadt.  
 w<sup>p</sup> hadden / g<sup>pluid.</sup> hadt / s<sup>pluid.</sup>  
 hadden.

Perfecto. Ik hebbe gehad / g<sup>p</sup> hebt gehad / &c.

Plusquam. perf. Ik hadde gehad / g<sup>p</sup> hadt gehad / &c.

Futuro. Ik sal hebben / g<sup>p</sup> sult hebben / &c.

*Imperativo modo.*

Hebbet g<sup>p</sup> / dat h<sup>y</sup> hebbe.

Hebben w<sup>p</sup> / hebbet g<sup>pl.</sup> / dat s<sup>pl.</sup> hebben.

*Subjunctivo modo.*

Tempus praesens et imperfectum hic convenit cum Indicativo: excepto, quod tertiae personae singulares hic similes primae. Quod pro omnibus monuisse sufficit. Et in imperfectis adhuc utimur ik soude hebben / in plusq. perf. ik soude gehad hebben.

*Infinitivo.*

Hebben.

*Participium.*

Praes. Hebbende: pro imperfecto emphaticum esfet haddende. Sed nunquam legi.

*Gerundium.*

Al hebbende.

*Supinum.*

Om te hebben.

*Participium passivum.*

Gehad.

VER-

VERBUM, *Zijn* / *esfe*.

Et hoc, uti et sequens, in altâ anomaliâ jacet. hujus analogia referenda est ad plus quàm unam dictionem. Ut *primò* ad verbum obsoletum, *ik binne / du binnes (du bistes) hi binnet: wi binnen / gi binnes (gi bistest) si binnent*: de hoc plus quàm tempus praesens nobis non constat. *Secundò* ad verbum antiquum, *ik geware / sive gewase / (r enim et f prisca confundunt multùm, ut in Latinis) alias gewese*: quod in infinitivo, *gewesen / wesen*; in participio act. *wesende*: in pass. *gewesed / geweesd*. *Tertiò* ad verbum *zijn* / homonymum infinitivo *wesen / aut wesfen*; quod per aphaeresin et euphoniâ mutatum fuerit. Hinc, *ik sy / gy sijt / hy sy / (aliter hy isse) wy zijn / gpl. sijt / sy zijn*.

*Indicativo modo.*

Temp.	}	<i>ik ben / gy sijt / hy is.</i>
praes.		<i>wy zijn / gpl. sijt / spl. zijn.</i>
Imperf.	}	<i>ik was / gy waert / hy was.</i>
		<i>wy waren / gpl. waert / spl. waren.</i>
Perf.		<i>Ik ben geweest / gy sijt geweest / &amp;c.</i>
Plusq. perf.		<i>Ik was geweest / gy waert geweest / &amp;c.</i>
Futuro.		<i>Ik sal zijn / gy sult zijn / &amp;c.</i>

*Imperativo modo.*

*Weest of sijt gy / dat hy sy.*  
*Dat wy zijn / weest of sijt gpl. dat spl. zijn.*

*Subjunctivo.*

Temp. } *Ik sy / gy sijt / hy sy.*  
 praef. } *Wy zijn / gpl. sijn / spl. zijn.*

Imperf. *Ik soude zijn*; plusq. perf. *Ik soude  
 geweest zijn.*

*Infinitivo.*

*Zijn / of wesen.*

*Particip.*

*Zijnde / of wesende.*

*Supin.*

*Om te zijn.*

*Particip. pass. vel praeterit. activ.*

*Getweest.*

V E R B U M, *Worzen / fieri.*

(\*) Hujus analogia haec est, quod sit passivum  
 verbi substantivi, *ik geware / id est sum, praeis*;  
*inde, ik gewarde / fio.*

*Indicativo modo.*

Temp. praef. } *Ik worde / gy wordt / hy wordt.*  
                   } *Wy worden / gpl. wordt / spl. worz-*  
                           *den.*

Imperf. } *Ik wierde / gy wierdt / hy wierdt. (\*\*)*  
                   } *Wy wierden / gpl. wierdt / spl. wierden.*  
   Perf.

(\*) An forma huius verbi passiva sit, dubito. Id scio,  
 significationem passivam esse.

(\*\*) Bonos auctores temp. imperfecto dixisse etiam *ik werde*  
*cet.*

Perf. **Ik ben geworden / gy sijt geworden / &c.**

Plusq. perf. **Ik was geworden / gy waert geworden / &c.**

Futur. **Ik sal worden / gy sult worden / etc.**

*Imperativo.*

**Wordet gy / dat hy worde.**

**Dat wy worden / wordet gyl. / dat syl worden.**

*Subjunctivo.*

Praef. { **Ik werde / gy werdt / hy werde.**  
**Wy werden / &c.**

Imperf. { **Ik wierde / gy wierdt / hy wierde.**  
**wy wierden / &c.**

Plusq. perf. **Ik soude geworden zijn / &c.**

*Infinitivo.*

**Worden.**

*Participio.*

Praef. **Wordende.**

Praeterit. **Geworden.**

*Gerundio.*

**Al wordende.**

*Supin.*

**Om te worden.**

Nunc porrò conjugare aggredimur VERBUM,  
quod hodiernum mansit analogum, proque exemplo  
erit

cet. POTII, VONDELII, HEINSII, FRANCISCI  
HOOGSTRATANI, ALDEGONDII, STOKII et  
aliorum exemplo demonstrat HUYDECOP. *Praef.*  
bl. 80. seq.



erit cunctis similibus; solummodò aphaeresin passum est praepositionis inseparabilis *ge*.

Nimirum, *Stellen* / *ponere*.

ACTIVUM. *Indicativo modo.*

Praef. { *Ik stelle* / *gy stelt* / *hy stelt*.  
 { *Wy stellen* / *gyl. stelt* / *spl. stellen*.

Imperf. { *Ik stelde* / *gy steldet* / *hy stelde*.  
 { *Wy stelden* / *gyl. (\*) steldet* / *spl. stelden*.

Perf. *Ik hebbe gesteld* / *gy hebt gesteld* / *Ec*.

Plusq. perf. *Ik hadde gesteld* / *gy had gesteld* / *Ec*.

Futur. *Ik sal stellen* / *gy sult stellen* / *Ec*.

*Imperativo.*

(\*\*) { *Stelt gy* / *dat hy stelle*.  
 { *Stellen wy* / *stelt gyl.* / *dat spl. stellen*.

*Subjunctivo.*

(\*\*\*) { *Ik stelle* / *gy stellet* / *hy stelle*.  
 Praef. { *Wy stellen* / *Ec*.

Im-

(\*) Hoc modo recte scribi personam hanc plural. secundam docet ipse VERWER. *Ep. ad Reland.* p. 511. seq. Deinde etiam HUYDECOP. *Pz. v. T. v. D.* bl. 207. seqq.

(\*\*) Vid. quae infr. dicentur ad Cap. XIV. n. (\*).

(\*\*\*) Huius quoque loquendi formulae partes sustinet, quod alias dicimus; *Laat MY stellen*; — *Laat HEM stellen*; *Laat ONS stellen*; — *Laat HEN stellen*. *Laat* idem est ac *Laat GY toe*. postulatque, hoc modo, si construatur, casus illos *my*, *bem*, *ons*, *ben*. Ut egregie fallantur, qui scribant: *Laat IK stellen*; *Laat HY stellen*. cet. Plura qui hac de re cognoscere volet, audeat

Imperf. **Ik soude stellen / &c.**

Perfect. **Ik soude gesteld hebben / gy soudt / etc.**

Plusq. perf. **Ik soude gesteld gehad hebben / gy soudt / etc.**

Futurum hic cum imperfecto consentit.

	<i>Infinitivo.</i>
<b>Stellen.</b>	
	<i>Particip.</i>
<b>Stellende.</b>	
	<i>Gerund.</i>
<b>Al stellende.</b>	
	<i>Supin.</i>
<b>Om te stellen.</b>	

**PASSIVUM.** *Indicativo modo.*

Praes. **Ik worde gesteld / gy word gesteld / etc.**

Imperf. **Ik wierde gesteld / gy wierd gesteld / etc.**

Perf. **Ik ben gesteld geworden of geweest / gy etc.**

Plusq. perf. **Ik was gesteld geworden / etc.**

Futur. **Ik sal gesteld worden / gy sult etc.**

*Imperativo modo.*

**Wordet gy gesteld / dat hy gesteld worde.**

**Worden wy gesteld / wordet gyl. gesteld / dat spl. gesteld worden.**

Subjunctivi conjugatio perficitur per subjunct. **ik werde / et particip. gestelt.**

*In-*

adeat is, iuuenem pro aetate mire doctum, **NAN-**  
**NINGAM.** Werken v. d. M. d. Nederl. Letterk.  
D. I.

*Infinitiv.***Gestelt worden.***Particip.*

Praesens. **Gestelt wordende.** Praeterit. **gestelt:** vel **gestelt geworden /** vel **gestelt geweest.**

*Gerund.***Al gestelt wordende.***Supin.***Om gestelt te worden.**

Par ratio in verbo omni conjugando, sive analogo, sive anomalo: differt enim utrumque solum, ut post patebit, in normâ imperfecti Indicativi Activi, et praeteriti participii Passivi.

## C A P. XIII.

*De Conjugatione Verbi, Grammaticis nostris  
Anomali, sive Heteroclitij dicti.*

**V**erbi, genti nostrae primitivi, natura antè explicita est; tum etiam *conjugatio*, cum variatione quam ibi passâ est; at simpliciore; undè haec Grammaticis nostris *analogae* nomèn retinuit. Nunc *conjugationem* tangemus, quae, quòd multiplicem subiit variationem, iisdem nuncupatur *anomala*.

Utriusque characteristica inspicitur in participio passivo; estque, in *analogâ*, simplex ibi *syncopae* perpesio; ex: gr. à prisco **gestellene / erat gestellenet;**  
et

et per syncopen **gestellet**; sive (ut nunc loquimur) **gestelt**. à **gebruikene** erat **gebruikenet**; nunc **gebruikt**.

Conjugationis *anomalae* characteristica ibi in duobus consistit. I. In perpesione, non syncopae, sed *apocopae*. ut à **prisco** **gelesene** erat **gelesenet** / nunc per apocopen **gelesen**: à **gescribene** erat **gescribenet** / et per apocopen **gescriben**: à **gesprekene** erat **gesprekenet** / et per apocopen **gesprekene** à **gesingene** erat **gesingenet** et per apocopen **gesingen**. II. In vocalis mutatione in penultimâ; ut **geschreven** pro **gescriben**: **gesproken** pro **gespreken**: **gesongen** pro **gesingen**. In omni reliquo et analogâ, et anomala, verba planè sibi conveniunt penes nos.

*Apocopes* usus longè seriùs irrepfit quam *Syncopes*: quin antiquissimis temporibus sola syncope obtinuerit; uti etiamnum in Westphaliâ. Porro eam vocalis, in penultimâ, mutationem regunt tum confusionis, fuga, tum Imperatrix Euphonia.

Igitur pro variâ mutatione, quam vocalis, quae est in penultima temporis praesentis Indicativi Activi, subit in ejusdem generis imperfecto, simulque participio passivo, *Heteroclisia* Belgica est *quadruplex*.

I. Ubi penultima ea vocalis variatur in imperfecto solo; in participio passivo non item, ut, **ik lese**; **ik lasē**; **gelesen**.

II. Ubi eadem vocalis variationem patitur tum in imperfecto; tum in participio passivo; et quidem eandem. ut **ik schryve** / **ik schrebe** / **geschreven**.

III. Ubi eadem vocalis itidem variationem patitur tam in imperfecto, quam in participio passivo;

VO;

vo; at non eandem. ut, *ik spzeke / ik spzake / gesproken.*

IV. Est earum quae duplex habent imperfectum. Latinis audiunt verba quae abundant conjugatione. ut, *ik helpe; ik hielpe vel holpe; geholpen. Ik berge; ik bozge vel bergde; gebozgen.*

Verba anomala pauca sunt numero, ac facilè in Catalogum referenda; imò quaedam adhuc ἀμφοτέρως efferuntur: *gebergt / gebozgen: beweegt / bewogen: gewijst / gewesen: Et voce gewijsde nihil vulgarius. Curia Hollandiae in sententiis executivis quotidie scribit toegewijst.*

Ad clasfes illas jam pertinent, *primò* verbum, *ik gae'e /* (quod olim *ik gange*) *ik ginge / gegae'n: secundò* verbum *ik sta'e /* (olim *ik stande*) *ik stonde / gestae'n.* pro *sonde* Poëtae prisca habent *ik stoede;* unde *gestoet / adstantium caterva. tertio* *ik sla'e* (olim *ik slage*) *ik sloege / geslagen. quarto* et ultimò *ik doe'e;* cujus analogia sita est in veteri Boreali aut Frisico *diwa'en* sive *doe - aen / vel diwadēn:* hinc infinitivi bini *doeden* et *daeden;* et sic facilè id verbum conjugabis; *ik doe / ik daede vel dede / gedaen.* Penitiùs hoc negotii eruere neque lubet neque vacat.

## C A P. XIV.

## Conclusio de Verbo.

**I**N verborum conjugationibus conspicuae nobis emicant characteristicae sequentes. in *Activo* quidem.

I. Indicativi temporis praesentis characteristicae est vocalis *e* absque exceptione *ik stelle / ik lese / ik ga'e / ik sla'e / ik doe*:

(\*) II. Imperfecti tam in anomalis quam in analogo-

(\*) De verborum in clasces diuisione secundum principes conjugationum vocales [in quo maximae sunt partes imperfecti.] vid. LAMB. TEN KATE *Atl.* t. d. h. v. h. v. d. d. p. S. D. I. bl. 543 — 574. Docuit is verba esse vel consona vel dissona, hoc enim modo appellationem de *gelijkloeienden* et *ongelijkloeienden* interpretari liceat.) nec se cum iis facere declarauit, qui postremum genus *Anomalum* nuncupent, cum vel incredibili spectetur analogia, atque in sermone cum nostratum, tum Gothorum, Franco-Teutonum, Anglo-Saxonum, Islandorum Germanorumque ita regnet, ut ante ter mille annos in usu iam fuisse appareat; eaque demum sint anomala, quorum nunc plura tempora inter se discrepent; qualia sunt *deugen / doen / durven / heffen / weten / werken / willen / zijn / hebben / komen / kunnen / moeten / mogen / zijn / wezen / zullen*.

Ac postquam primum genus in iis posuit, quibus in infinitiuo, imperfecto et participio praeteriti eadem vocalis est: ut. *blaffen / blaste / geblast*: tum alterum illud in clasces quinque dispescit. *Prima* est eorum, quae imperfectum ac participium simile, infinitiuum dissimilem habent. Exempli causa *blijven / bleef / gebleven*.

*Secundae* clasces verba cernuntur in imperfecto, ab infinitiuo participioque, inter se similibus, diuerso. Sic est *geven / gaf / gegeven*.

In



logis, syllaba **de**. **I**k stelde / ik minde / ik gunde.  
**E**t benè notare convenit, quod in anomalis **ik** lase /  
**ik** sprake / **ik** schrebe / **ik** songe / **ik** ginge / **ik** sloege /  
**etc** / syllabam istam finalem **de** negligamus, id tantum  
fieri per apocopen Grammaticam.

(\*) III. In Imperativo, secunda persona singularis

In *tertia* vocales omnium inter se multum distant.  
Verbi gratia, bevelen / beval / bevolen.

*Quarta* continet, quorum, vt in prima, imperfectum  
ac participium inuicem aequalia sunt, sed participium  
in *t* definit. E quo genere est bzenzen / bracht / ge-  
bracht.

*Quinta* vocalem per omnia eandem ostendit, cuius  
vero participium praeteriti exit in *en*. Huiusmodi est,  
bakken / bakte / gebakken.

(\*) Hic iterum aduersarium nactus est Grammaticus MOO-  
NENIUM, qui *Ep. l. p. 245* exempla ex AEMT-  
LIO STOKIO obiicit, libros tamen ante seculum sex-  
tum decimum typis exscriptos interdum literam *t* in  
*Imp. sing.* exhibere fatetur p. 246. Sed hanc olim  
personam sine *t* scriptam fuisse ipsis veterum scripto-  
rum locis docet ac MARNIXII testimonio confirmat  
HUYDECOPER *Proeve v. C. v. D. bl. 288. sq.*  
Certissimum, ut mihi quidem videtur, argumentum  
inest verbis OTFRIDI, a viro summo bl. 289. lauda-  
tis: NIM GOUMA; neem acht; nec non iis, quae de  
WILLERAMO in re plane alia bl. 269. sumuntur:  
STAND UF MIN FRIUNDINA, — ANDE  
KUM. Sed ad hunc locum vetus interpret: STAAT  
op / ende KOOMT. Sic AEM. STOK. in dedicatione  
ad Wilhelm. III. B. X. vs. 1060. seqq.

WACHT, dat niet verloren blive  
De name — — — —

et ALTOES penset om de daghet  
En CHEVET, als ghi gheuen moghet.

ris ἀναλόγως et regulariter semper similis est secundae personae singularis Indicativi: **stellet gp: singet gp.** Poëtae autem in dialecto suâ metaplasmicâ utuntur **stell' / sing'**; ob mulcedinem in versu: at in prosa: praesertim characteris magnifici, vim usus non obtinet: parit quippe confusionem inter Imperativi ejusdem personam secundam et tertiam. Porrò istud committere ibidem in secundâ pluralis, **koom' kïnderen** pro

vt praetermittamus quae sequuntur, B. IV. vs. 1276.

— OHELOOFT der woerde.

2c **De Gzade spzar: HORT, herwaert**  
**Eñ doet u boetscap stoutelike.**

V. VELTHEM, qui solet make / fac. suuere / purga dicere, v. *Spieg. Hist.* B. I. c. 21. bl. 28: *Lib.* tamen I. c. 27. bl. 37. in sing. num.

**Ende dan comt te mi daer naer**  
**Ende seggt mi — —**

Reemt ter occurrit ap. VELDENÆR. *Chron.* bl. 39. seq. 2c p. 40. vntfalt. Interpres JOHANNIS DE BEKA licet alibi aliter, sic scribit *Chron.* p. 37. MATTHÆI *Anal.* Tom. III. ed. Quart. **Sone ik hen gewont. — Du roept te samen — die Pïesterschap.** p. 183 — edel Pïntce / GEDENCKT. — Quae verba, vt plura alia, eodem modo scripta leguntur in Veldenaerii *Chron.* p. 57. Forte etiam huc pertinet locus MAERLANTII / **Du mercket — Rijmbijbel** fol. 107. a. laudatus a IAC. ARN CLIGNETT, V. Conf., mihique amicissimo *Taelh. Mengel.* N. II. p. 162. Recentiores passim. Vid. ROEMER VISSCHER *Ghenoegelpke Boerten* B. I. ep. 6, v. 6. 10, 7. 43, 4. 46, 8. 73, 6. B. III. ep. 36. 3. 40, 3. 41, etc. HOOFT HENR. p. m. 43. Jongman / **SCHREUMT.** *Kamps. d. verh. h. d. h.* v. Medicis p. 110. *Zangen.* p. m. 101; 102. 103. 108. 150. 151. 152. *Gzanid.* p. 6.

pro **koome** / non metaplasmsus est, at merus soloe-  
cismus.

(\*) IV. Subiunctivi praesentis persona tertia  
coincidit cum tertiâ Imperativi. **Hj hebbe / hj kome /**  
item, **hj wierde**.

V. Infinitivi characteristica perpetua ac univerfa-  
lis nunc porrò est **en**: **stellen / lesen / schryben**; adde  
**ga'en / stae'n / slae'n / doe'n**.

VI. Imperfectum Indicativi, in verbo **worden /**  
legebatur olim **ik werde** pro usitato **ik wierde**: istud  
**werde** melioribus Poëtis etiamnum retinentibus.

VII. *Passivi* participii praeteriti characteristica  
nunc in *analogis* est **d** aut **t**. **gesteld / gemind /**  
**besind**. in *anomalis* **en**; **gelesen / geschreven**. adde  
**ge**

- (•) Scilicet id constat, docetque **TEN KATE** Henl. D. I.  
bl. 576, 600, 630, in sermone cum Getarum, tum  
Francoteutonum, tum etiam Anglosaxonum perso-  
nam hanc ab illa definitiui siue indic. diuersam fuisse.  
Apud Gothos in indic. fuit **EITH, JITH, AITH**  
**OTH**; in subiunct. **JAI, et AI**: apud Francoteutones  
indic. **IT, ET, OT**; subiunct. **E, A, O**: apud Anglo-  
faxones indic. **ETH, TH, D**; subiunct. **E**. Sed, cum  
illi quidem personas fere omnes in vtroque Modo  
distinguerint; nos tertiam subiunctiui solam a tertia  
Indicatiui distinguamus: subiunctiuum, ne ob vnam  
personam peculiaris Modus constituatur, hodie subla-  
tum volumus Adeoque praecipere quis posset, indicatiui  
Praef. tertiam pers. sing. nunc desinere in **t** vel **e**; qua-  
rum hac fere vtamur, si quid iubeamus, precemur, vel  
omnino praecedenti cuidam sententiae subiungamus.  
Nonnullos literam **t** omisisse, etsi simpliciter loquerentur,  
ad vocem **durf** vidit **FORTMANNVS**. **Taalk. Aanm.**  
bl. 83. Hodieque scribimus; **hj wil / hj kan / hj zal**.  
conf. **M. TYDEMANNVS, V. C., Aanmerk. v. d.**  
**Spell. Pz. v. O. C. r. O. v. h. g. D. A. O. M.**  
bl. 82. seqq.

geslagen / gega'en / gestae'n / gedae'n. Quí olim fuerit, antè retulimus.

C A P. XV.

*De Verbalibus.*

(\*) **V**erbis, item participiis, maxima Nominum nostrorum tum substantivorum, tum adjectivorum, pars originem debet: planè contra quam fit apud Latinos et Graecos: ibi enim vulgò deducimus Verba à Nominibus. *Verbalia* vel sunt infinitivi ipsimet, materialiter ac substantivè positi; vel infinitivalia. Et primum de ipsis infinitivis substantivè positis et de eorum compositis aut decurtatis antè actum Cap. IV. Quae ex infinitivis formantur, sunt quintuplicia.

(\*\*) I. Exeuntia in aet: *moozden / moozdenaer / schrijven / schrijvenaer; tooveren / tooverenaer;* suntque (per Reg. 1.) generis masculini.

II. Exeun-

(\*) Quod a verbis nomina deducant, id nostratium non magis, quam Latinorum Graecorumque est proprium.

(\*\*) Quae huc in medium profert MOONEN. *Ep. l. p. 22.* seq. leuiores videntur, quam vt describamus. Et licet, iam extiterit apud Franco-teutones LERARI, *Letteraar / TOUFAR, Dooper;* apud Islandos BAKARE, *bakker / SKRIFARE, schrijver / BRUGGARE, brouwer;* apud Franco-teutones, DOPERI, *baptista SUONER, pacificus;* apud Anglo-Saxones denique CREOPERE *serpens,* BIDDEROCUS, *soederè, seminator,* teste TENKAT. *Xenl. D. II. bl. 86 ac 66:* nobis tamen Verweriana ratio mirum in modum blanditur. Neque absurde quis coniecerit, eiusmodi nomina illis iam temporibus apocopen passa fuisse.

II. Exeuntia in *aerster* vel *aeresse*. *Moozdenaerster* / *moozdenaeresse* / *schryvenaerster* : *tooverenaerster* / *tooverenaeresse*. Suntque (per generum Reg. II.) generis feminini.

Hic animadvertere oportet utraque verbalia haec vulgò (nec unquam ferè aliter) usitari per syncopen decurtata: ut sint *moozder* / *schryber* / *tooveraer* : *moozderster* / *schryfster* / *moozderesse* / *tooveresse*: à *sondigen* est *sondigenaer* / *sondigenaeresse*; et per syncopen *sondaer* / *sondaeresse*.

III. Ex infinitivis orta per apocopen syllabae *en*, ut à *loopen* / *koopen* / *de loop* / *de koop*. Cujusmodi, per Reg. IX, sunt masculina.

IV. Infinitivalia per augmentum in fine. Substantiva habent augmentum *inge*, ut *schuddinge* / *stellinge* / *schryvinge*. Similiaque, omnia feminina. Pro quibus est mihi quod necessariò notem: (\*) nempe nos cunctis his infinitivalibus, nullo excepto, nunc sic uti ut syncopen patiantur syllabae *en*, nam à *schudden* fuit antiquitus *schuddeninge*; à *stellen* / *stelleninge*; à *schryben* / *schrybeninge* / &c. id scilicet remansit nobis à populis borealibus, qui hodiernum dicunt, *stell'ning*. etc. Quae quicquid istiusmodi est omne regit, sola est Euphonia.

Adjectiva infinitivalia habent augmentem triplex, ut *saem*, *Arbeidsaem* / *minsaem* / *bredsaem* / *sparsaem*.

Baer.

(\*) Neganti MOONENIO Ep. p. 22. opponit Noster; locum DAN. IV, — *dine WANDERENINGE sal me sen mitten brestene* Libb. Sacrorum interpretatione Delphis anno 1477. ed.



**Baer. Breekbaer / weerbaer / draegbaer / eetbaer / drinkbaer.**

**Lijk. Draeglijk / begrijplijk.** in his iterum ludic eadem Syncope de etymo antè diximus.

C A P. XVI.

*De Participialibus.*

**I**psa participia activa per omnia rationem habent adjectivorum : ut denominativa hinc formentur ea ratione ut de adjectivis antè exposuimus: exeuntque in **heid. Uitmuntende / uitmuntendheid : bloeiende / bloeiendheid.**

Admittunt haec participia activa etiam gradum comparativum et superlativum.

(\*) A participiis passivis derivantur substantiva, alia

(\*) Non eandem sibi de his sententiam sedere profitetur **MOONEN.** *Ep. p. 23*, om de - mislagen inquit, vooz by te gaen / waer vooz **BEEN** van gebeente gemækt mozt / en **RECHT** van **GERECHTE**; ik kan niet vooz goet heuren / dat mer de **Naemwoozden** / in **NIS** of **NISSE** uitgaende / van het **PARTICIPIMUM**, dat met eene **T** eindigt / — afleidt. — Hoe stelt men het dan met **DEERNIS**, **EERBIEDENIS**, **BESNYDENISSE**, **GESCHIEDENIS**? — Dat andere **Naemw.** in **TSEL** ingaen / stemme ik niet toe; — wel in **SEL**. — hebben sommige **TSEL**, 3<sup>z</sup> zijn afgeleidt van — werkw. / die in **IMPERATIVO** eene **T** hebben; als **VATSEL**, **LETSEL**. — Occurrit **VERW.** *Ep. ad. Reland.* p. 39: De wortel — van een **SUBST.** van **PASSIVE** betekenisfe mag niet anders wezen dan eene **DICTIO PASSIVA**. — Gelijk komt vooz uit gelijk. **De PARTICIPIALIA** op **NISSE** (gelijk **VER-**



alia sine, alia cum, augmento. Quae sine augmen-  
to, sunt ipsa participia, ac ideò neutrius generis. ut  
à gewikkhen / gewikkhen est gewikkte / gewikkte; et  
per euphoniā gewikkte / gewikkte: regten / het ge-  
reg-

STOORTENISSE, GEDACHTENISSE, BEROER-  
TENISSE — ERKENTENISSE —) beteekenen  
de *passive* VERSTOORTWORDINGE enz. zelve:  
REM, QUAE PASSIVEEST INFIERI. De *partici-  
pialia* op TSEL of SEL beteekenen de reets gedane zaek:  
REM PASSIVE CONFECTAM. Contra eruditissimus  
TEN KATE Henl. D. II. bl. 71: SEL maakt de be-  
teekenis / of van een zaek door de beweging / die het  
*verbum* uitdrukt / voortgebragt / als BAKSEL; of van  
een Onderwerp of Werktuig van beweging / als BIND-  
SEL — en DEKSEL. et bl. 83. seq: (NISSE)  
wordt in 't A. S. agter Subst: Adject: en Praet: Partic:  
Pasf: gezet; dog by ons — mede agter Subst: en Adject:  
als GEBOORTENIS EN GEHEIMNIS; maer ten op-  
zichte van onze *Verba* is de — gewoonte dierhande-  
Eerstelijck / dat hy agter het Woortdeel geplacet word /  
als KENNISSE. — (Ten) tweede — agter 't Praet.  
*Partic*, als BEKENTNISSE. — En de derde  
soort schijnt agter de eerste Persoon van 't Praes. Ind: of  
Subi: te komen / als VERRIJZENISSE. — Sed hoc  
ad primum genus referri poterit, si scripseris, litera s mol-  
liori, VERRIJSNISSE. Nec bene quid a prima praesentis  
in Indicatio persona deriuatur: Etenim quae deri-  
uantur, eorum, a quibus deriuata sint, significationem  
sequantur, oportet. Id vero hac in causa fieri posse nemo  
temere affirmaverit. Praestaret ab Infinitivo deduxisse.  
Meliora sunt, quae p. 84. monuit: dat de beteekenis de-  
zer terminatie NISSE eene lijdende beweging zou aen-  
duiden / terwijl INGE de dadelijke aenwees / is wel geen  
onaerdig onderscheid! — dog — alhoewel (DE-  
GRAEFNIS EN BEGRAVING) die zinderdeeling lij-  
den kan / de hragt niet te min van de meeste anderen in  
de Dierstozbene en nog Levende is er — tegen / alzoó ze  
doorgaends eene dadelijke Werking verbeelden / eben als  
met INGE, gelijk — in 't A—S — en F—TH.—  
Vides, tecte peti VERWERVM.

regte: volgen / het gevolgde: bakken / het gebakte /  
 bzoutwen / het gebzoutwde. est et metaplasmus in his  
 familiaris. ut, pro geregte / gevolgde / gebeente: het  
 regt / gevolg / been. inter haec etiam nunc habes fe-  
 minina: forsitan quod olim, posita adjective, fuerint  
 juncta substantivis femininis, quae post subintellecta;  
 imò adeò neglecta, ut hodie ea nesciamus. ex. gr.  
 eene bakte / bzoutwte / toeboerte: eene maente /  
 (*mensis*) pro quo nunc scribimus maendt: quae  
 vox prisca forte fuerit eene gemaente tide / *tem-*  
*pus lunatum.* Tijd enim olim erat femininum, ut  
 et nood. per Hollandiam borealem viget in plurali  
 maenten.

Cum augmento substantiva participialia desinunt  
 vel in, nisfe / vel in tsel: participiaque, à quibus  
 formantur, sunt non tantum seculi anomali, sed et  
 analogi. ita à verstoort / erkent / verbint / begraeft /  
 infinitisque aliis participiis, tam modernis quam anti-  
 quatis, habemus verstoortenisse / erkentenisse / ver-  
 bintenisfe / begraeftenisse / etc. à gebonden / est ge-  
 bondenisfe. antiquitus arbitri, iudicesve pedanei, au-  
 diebant vinders / inventores: imò et nunc alicubi,  
 hinc, quod invenissent, 't gene sp uitgesproken  
 ofte gebonden hadden / dicebatur vondenisse; et  
 per, syncopen antepenultima, bonnisse. Curia  
 Hollandiae hodiernum ita vocat iudicatum inferioris  
 iudicis. Haec omnia sunt, per Reg. V. Cap. IV.  
 generis feminini.

Secundò à participiis gespant / begint / bedingt /  
 geschwoeit / gesmeert / bekleet / belegt / verfoeit /  
 gebzoet / est gespantfel / begintfel / bedingtfel /  
 geschwoeitfel / gesmeertfel / bekleedtsfel / belegtfel /

**verfoetsel/ gebroetsel.** Neutrum servant genus. In utroque participiali mirificae sunt partes euphoniae; neque per totam nostram Grammaticen gresum moveas, quin Reginae istius offendas crebros lusus multiplici in metaplasmo.

Praeter duas eas terminationes et elocutio nonnunquam etiam est in **heid** et **schap** ut **welgesteltheid/ bereidheid/ bereidschap**, sed nescio, num soloecismi potius dicendi.

Verbalium et participialium copia arguit fuisse antiquitus penes nos majorem *verborum* numerum quam *nominum*, ut alibi hic monitum. Atque sic demum in re etymologica factum est satis linguae *communi*.

## C A P. XVII.

*De Metaplasmo; et nostris, in tersa scribendi ratione, Dialectis.*

**P**raeter nostram linguam *communem*, (**onse Nederduitsche geregelde schryftaele**) habentur itidem Belgis, in politâ scriptione, *Dialecti*, (**dese ende gene/ bpsondere sprekhoornen in onse schryftaele**) instar Graecorum; duae quidem numero; altera Curiae, Senatuique, familiaris; (cave hic comprehendas voces non vernaculas) altera Poëtis. Quae ambas à linguâ *communi* discernunt, sunt figurae Grammaticae; unicâ voce *Metaplasmus*; addititius pro illâ, nempe; pro, **hac** verò detractitius. de *addititio*, et juxta eum efformatâ

matâ *Dialecto Forensi*, (*de spreekwozme / ofte taele / van den Hobe*) vix operae pretium est verba facere; cum ejus abitio a linguâ communi magis sit Rhetorica quam Grammatica, et sistatur intra cancellos praxeos causidicae; denique eâ dialecto utentes nequaquam in eo sint, ut linguam communem velint è medio tollere. contrâ ipsi Proceres nostri in sua scriptione, ut Decretis, Literis, firmiter adhaerent linguae Communi.

Verum quod ad *detractitium* Metaplasmm attinet, sciendum; in (†) *pronunciando* nihil Belgis eo vulgarius: (\*) quin omnia ad literam eloqui ridicula nobis est affectatio: prout praxin, planè Euphoniae habenas

au-

(\*) *De spreektaale. VERW.*

- (\*) Est autem Metaplasinus (quae DONATI definitio est.) *translatio quaedam recti solitique sermonis in alteram, speciem, vel metri, vel ornatus, vel necessitatis gratia.* Quae quidem cum in auctoribus omnino obseruetur; paullo iniquius de Metaplasmi seu figurarum Grammaticarum nomine eiusque inuentoribus censet GOTTSCHEDIVS *Grundl. Ein. Deutsch. Sprach.* c. XI. §. I, 2. p. 489. seq. Quo loco eam appellationem a *scholiastis* ea, quae HOMERO ceterisque vitio verti debuissent, in orationis virtutem conuertentibus deriuat. Equidem nihil video, cur nomina cogitari non licuerit, quibus dignoscerentur, quae praeter Grammaticas leges varie mutauerat licentia poëtica. Tamen, si qui figuras Grammaticas elegantiam dixerint, male dixerunt. Regulis enim peccat omnis licentia poëtica, atque adeo Grammaticae figurae: Quam quidem rem necessitati cuidam condonamus, non laudamus. Ceterum GOTTSCHEDII illud iudicium forte accenseri *vitiis* potest, quorum *plenam esse* eius Grammaticam pronuntiat IO. MATTH. GESNERVS, V. C., *Isag. in Erud. Vniuers.* Tom. I. §. 94. p. 105.

audientem, è vivâ Belgarum voce datur excipere. est quippe euphonia ea omnis nostrae elocutionis imperatrix; et figurae sequentes ejus pedisequae ac famulae.

In *scribendo* eum meritò Poëtis tribuimus, quia ab illis nobis fuit in Carmine primum expeditus, ac hodiernum retentus, velut res ad politae versificationis essentiam pertinens. Quando enim et versui Belgico sua constat definita syllabarum multitudo ac mensura, accidit subinde (quo unâ et rhythmico et metro, et denique eleganti phraseos delectui, fiat satis) ut dictio versum ingressura debeat ac haut illâ syllabâ augeri vel minui: cujusmodi subsidium Poëtis nostris ad manum paratius est, quum in eo habeant sibi praeerunt Latinos Graecosque; et simul (quod nōdum hic nectit) id ferat linguae nostrae genius, syllabis quippe brevibus utcunque exuberantis, ac carentis in analogâ nostrâ orthographia omni oxytono; contra quam est penes Gallos, qui proinde nullatenus ferè hoc metaplasmo pollent. neque longè id subsidii arcesendum erat; nam, ubi Linguae Belgicae usus se exporrigit ab extrema Flandria ad extremam Frisiam; hunc *detractitium*, sive Poëticum, metaplasum suppeditabat Frisia; quemadmodum *addititium* Flandria.

Poëtarum nostrorum societati singulatim proprium hunc metaplasum agnoverunt et prisci Sodales collegii rhythmi Amstelædamensis; in suâ Grammaticâ, ad annum Chr. 1584, vocem istam belgicè reddentes *Rijm-berlof*; figurisque cunctis, qualiter eas recenset GERHARDUS JOHANNES VOSSIUS, suum tribuentes nomen vernaculum, quod mox suo jungemus loco.

Quan-



Quantò nunc adcreverunt magis, cum redintegrità Reipublicae nostrae libertate, Poëseos deliciae: tantò etiam licentia haec evasit frequentatior. imò, cum numerus poëticus (*cadance*) Metaplasmiq̃ue figurae planè regant se invicem, effecit numeri amor, ut Poëtae nostri etiam adgressi sint primi has figuras, Dialectumque suam juxta eas castratam, (*De gekleemde spraekwozme van de Digteren*) intrudere in solutam suam orationem; parcius quidem olim, etiam usq. ann. 1620 et 1626; post autem expansis velis: uti commonstrant et Equitis HOOFDII et VONDELII profae, ubicunque venia fuit ex animo spatiandi; et inter quas non novi ferè antè quid, quam ejus Equitis *Henricum* IV: licet ibi adhuc jejunior sit in figurâ, quam in postmodum editis: velut *Domo Medicacâ; Bello Belgico; et Cornelio Tacito.*

Indè protinustalis metaplasmica profa est ambabus recepta ulnis et à *plebe*, (tùm novitatis prurigine, tùm quod hoc idioma sensit tam accommodum esse ad stylum suum confabulatorium) multoque item à *populo*, linguae *Communis* nostrae primigeniam analogiam, neve cujus ponderis ea sit, nesciente. Quia eò abiit caecus privatorum quorundam Criticorum furor, ut coeptum sit vel in prosâ omnem probatae linguae characteristicam nobis ponere in Dialecto eâ Poëticâ, atque in dictione quae in eâdem prosâ ad sensibile *numeri* vestigium foret castrata; ac quasi pronunciatum et definitum, illud ipsum esse, quod Linguam Belgicam unicè deberet constituere; quin tollendum è medio, (*delendam Carthaginem*) omne quod metaplasmi Poëticî habenas non audiret. Lepi-



dum, fanè, iudicium! sed istorum verè, qui crasfè ignorant tam merum imperium ad se non pertinere; quique sibi arrogant definitionem quam primarii Poëtae, metaplasmi istius auspices, nequidem formiarunt unquam: hi enim (solum nomino VONDELIUM CUM ANTONIDE) in metaplasmi usu et non-usu circa dictionem eandem inque casu per omnia pari, sunt ultrò tam inconstantes et dissimiles sibi; ut totum metaplasmi negotium liqueat iis fuisse merum ingenii lusum; nescio, an et meram eruditam vafritiem; ut, nempe, sciolis verba darent; celando coram vulgo analogiae scientiam, quâ perfectissimè pollebant: (interfuerat quippe VONDELIUS analogico-Coetui antè laudato) eundem planè in morem, ut magni ii prisci Geometrae, sub externo Syntheseos cortice, nobis occultabant praestantissimam suam Analysin. Unde iudices, quantum viri illi in sinu jam riderent novitios nostros, qui rem iis ludicram, ac vafram fortè, tam sanctè, tam religiosè habent; ut moliantur sibi in eâ normam et regulam, verè nodum in scirpo, quaesitare.

(\*) Ac de metaplasmi origine et progressu apud  
nos

(\*) Id, opinor, facile dederit quisque paullo prudentior, cum ad iustas regulas exacta fuerit, tum demum perfectam fore et loquendi et scribendi rationem. Atque sub linguae cuiusvis initium, huius quasi species non ita descripta ac definita reperitur, ut non et alium habitum induere possit. Deinde vero, ubi forma analogiae ipso tempore sic satis certa sit, existit primum Grammaticae, legesque certae feruntur. Quas si violaverit quispiam, iste profecto rem pessimi fecerit exempli; nisi, graues hunc rationes coegerint. Si quid commiserit, ut scribentium commodis inferuiat, honesta  
certo

nos sic habe: addam enim pauca de ejus, in solutâ oratione, limite. „ Volumus non quidem arceri „ omnes istos, quibus ille animus, nè itâ scribant „ in prosâ; sed faciant sine ulla perfectissimae lin- „ guae nostrae *communis*, et analogiae, jacturâ: praestat enim lingua *communis* in scribendo tantundem quantum, in nave procul vela faciente, acus magnetica; ad cujus ductum cursus navis incerti et lubrici statim examinantur et corriguntur: Contrâ acu amissa nihil magis ante oculos paratum quàm, cer-

certe venia dignus videtur. Quod igitur figuras in orationem poëticam induxit, quisquis ille fuerit, in eo bene. Namque his cautum est, ne poëtis, metro suo circumscriptis, pulcherrimae rerum imagines verborum et analogiae opera perirent. Sed quod prosae intulerunt HOOFTIUS aliique, hoc vero parum caute tum quidem temporis ausi fuere. Neque enim aliqua facinoris causâ huic orationis generi inest. Nos duces nihilo minus secuti sunt, sequunturque nostris temporibus tanto numero ceteri, ut iam in his sapere velle ridiculum sit. Cum in vulgus non serpit hactenus malum, resistamus fortiter, bonosque nobis conciliemus. Quod si autem usus, auctor scribendi apud populum grauisimus, dudum inualuit, prudentis est *ardori civium prava iubentium*, cedere: praesertim cum non omnis analogia negligatur. Nec, si modo haec dici in Belgicis liceat, cum Euandri Matre loqui nunc lubet. Sic vero debebis. Nam si figuras ab HOOFTIO VONDELIOQUE introductas e prosa oratione exfulare iusseris, eadem de ratione et aliae ante horum aetatem iam receptae proscribendae erunt. Age itaque et scribe: *het es met die Dietsche Taal wilen eer bet ghestellenet ghewesen. Si dzeegede schieliken van den toppe der gheregelethede te stoztene / pro eo, quod hodie: Het is met de Duitische Taal wijteer beter gesteld geweest. Zy dzeigde schielijk van den top der geregeldheid te stozten.* Et ne vel sic omnia sine figura ponentur, si quidem nulla fuerint in antiquissimo sermone monosyllaba,

certum naufragium. Et simili modo, ubi (linguâ Communi è medio sublatâ, ad cuius amusim dialecti morosa inconstantia semper revocari et corrigi datur) iste metaplasmi excessus unice morem constitueret, tota nostra lingua ex analogâ, quantacunque nunc mansit, brevi evaderet toti Belgio merus labyrinthus anomalus: uti jam modò evasit sic sentientibus. Quàm enim laborant illi per omnem etymologiam pro vel unicâ regulâ extruendâ! tot offendunt anomalias et exceptiones, quot dictiones. Quàm impervia est istis in idiomate suo castrato res Profodica! quae tamen in linguâ *communi* leviter potest definiiri; ut mox probabo. (\*) Graecae quondam linguae occasus et mors nulli alii morbo imputanda nisi improbo metaplasmo; inde elapsae ex incolarum memoriâ characteristicae, ac tandem amisâ prorsus norma omnis et analogia, et cum his (ut necesariò consequitur) ipsa lingua; irrepsitque ea, quae nunc in *Archipelago* viget, Barbaries. abi jam, et quaere ibi regulam. Cum Latinâ haud du-

(\*) Metaplasmi quidem vitio interisise sermonem Graecum, non temere dixerim. Diutissime saluus fuit, vigentibus dialectis, quae magnam partem in figuris fuere. Sed linguam deleuerunt vocabula barbara declinationes etiam, coniugationesque, barbarorum exemplo receptae.

Nec Latinorum sermo calamitatem suam figuris acceptam refert. Ipse TULLIVS in iis, quae curatissime scripsit, apocopen certe et syncopen *ornatus gratiâ* (ut cum DONATO loquamur.) adhibuit. Quid? an ab his profecta est misera Latinitatis facies? Imo vero, lege, sis, auctorem vel pessimum. Non offendes plures in vniuersum figuras. Sententias parum Latinas, verba item parum Latina offendes.

dubie similiter actum fuerit: ita et denique Linguam Belgicam maneret haud melior fors. Praeterea hoc habe; nequaquam esse de essentiâ styli nostri politi, ut detractitium, sive Poëticum, metaplasmm adhibeamus in profâ. Proceribus, neque ulli auctori probato, eâ *numeri Poëtici* furiâ non correpto, unquam fuit adoptatus. Praeter *Acta publica* intueamur HUGONEM GROTIUM, unum instar omnium. hic, utut Poëta summus, metaplasmm callens ac usurpans in Carmine suo vernaculo *de Veritate religionis Christianae*, tamen ab eo ad profam traducendo cautè abstinuit in *Hollandici juris institutionibus*: acuminis defectu minime: verum id sensit, cuique dicendi generi suum servandum characterem; item numerosae aleae et Poëtico lusui haud committendam omnem linguae analogiam. Neque putandum, ad commonendum lectorem *numeri Oratorii (cadance)* in eloquendo, necessarium esse ejusmodi castratam dictionum ortographiam. è contrâ supponit haec potiùs aut in lectore impotentiam, ut qui absque asini ponte voces, analogè et integrè pictas, non valeret ornatè eloqui; aut; in auctore, numerosae quasi suae perititae ostentationem. Abhinc seculum lectores docti eâ quidem erant potentiâ, ut ad profam aptè eloquendam metaplasmi baculo et fulcro haud egerent: multò minus et egemus nunc. Nec adeò hospites simus, quò nobis sit fides, Oratores Latinos et Graecos ea quae integrè picta, pro linguae communis modulo, conceperant, et sine ullo metaplasmo recitasse. Habe denique, vice coronidis; in soluto genere castrationem eam metaplasmicam syllabarum finalium, stringentem quippe,

red-

reddere Orationem arduam: ubi contrâ orthographiâ analogâ, abundans iis syllabis semper brevibus, efficit suavem; caeterum et linquens eloquenti auream libertatem, quid in syllabis, dum declamat, ipse velit castrare nec nê. De hoc te convincet facundus Juridicus, in Curia, aut Senatu, causam agens.

Igitur, utut cautè concessâ metaplasmi licentiâ, nemini sano jam porrò poterit dubium esse, quin manibus pedibusque obnixè id agi oporteat quò lingua ea nostra *communis* facta tecta sit. Atque id leve fuerit, si, inter tractatus complures, *versio Bibliorum Dordracena* Theologis, HUGONIS GROTII *institutiones juris Hollandici* Jurisperitis, ac *Dictionarium CORNEII KILIANI* Grammaticis ferventur, *Canonum* (†), in modum, integra et nullâ novitatis prurigine interpolatae.

Hiscè praelibatis, en figuras ipsas, ut VOSSIUS eas versiculis complexus est.

PROSTHESIS *apponit capiti*. Grammatici Amstelædamæi antè laudati nobis verterunt *Coeset.* ut (\*) *nemaer* pro *maer*: *egeene* / *negeene* pro *geene*.  
Sed

(†) *Sleepers* VERW.

(\*) Audiamus virum multo doctissimum L. TEN KATE, *Hent. D. II. bl. 63*: de *voorzwerping* n heb ik ontmoet — als een *negativum* in *stê* van 't oude *NE*, als *vertijds* / *IK NE WIL DAT* *VOOZ* *IK WIL DAT NIET*; waer van — *NIET* — *VOOZ NE IET*, — *NIEMAND* *VOOZ NE IEMAND*, *NEGÉÉN* *VOOZ* het *oudduitsche* *NICHEIN*, en / *by* *voorzaet* *laeting* / *EGÉÉN* en *GEÉÉN*. — *Maer* ten *tweede* / *zonder* *zuberandering* / als — *ER* *VE*,



*Sed* APHÆRESIS *aufert*: nostris **A**flaet / 'k hebbe / 't is / dit 's / stadig; pro ik hebbe / het is / dit is / gestadig.

SYNCOPA *de medio tollit*: nostris **U**itlaet: ut **va**'er / **L**uik / **G**otterdammer / verdoemenisse / **bon**nisse / **begraeffenisse** / **verstoren**isse / **wij**tte; pro **vader** / **L**udik / **G**otterdammenaer / (\*) **verdoeme**nisse / **bonden**isse / **begraeffen**isse / **verstoort**enisse / **wij**thede.

*Sed* EPENTHESIS *addit*: nostris **I**nset. ut **ge**legentheid / **on**bertwankelbaer: pro **ge**legenheid / **ont**wankelbaer.

*Abstrahit* APOCOPE *fini*: nostris **A**laet: ut, **end**' / **en** pro **ende**: **deugd** / **vergebing** / **verbinte**niss / **heb** / **sou**; pro **deugde** / **vergebinge** / **verbin**tenisse / **hebbe** / **soude**: **heerschapp** / pro **heerschap**ppe: porrò substantiva participialia **gegeef** / **geschryf** / **bedryf**; pro **gegeefd**' / **geschryfd**' / **bedryfd**'. Huc etiam refer licentiam Poëticam, qua tertiâ singulari imperativi activi utuntur pro secundâ. **Geef** / **leef** / **spreek**; pro **Geeft** **gp** / **leest** **gp** / **spreekt** **gp**.

*Sed dat* PARAGOGË. nostris **B**ysset: ut **Hee**re / **inne** / **omme**: pro **Heer** / **in** / **om**: referamus et huc phrasin Procerum **den** **Staet** / **den** **Raad** / **den** **boe**

**VE, NERVE cicatrix.** — vid. id. quod ad prosthesin literarum **B, F, P, G, K, J, Q, S, SCH, T, ST, Z, H,** vult **W. A. P.** inde 59 vsque ad 63. Quamvis ea forte huc non spectent; vtpote ab ipso sermonis nostri ingenio, nec a poëtarum licentia profecta.

(\*\*) **Verdoemenisse** male posuisse videntur operae. Forte scripsit noster: **verdoemtenisse.**



boedel / in nominativo; pro **de Staet / de Raed / de boedel.**

*Constringit CRASIS; vel Synaeresis: nostris* **Krimp** reddita. ut **straet / neef / spleet / loot / le'er / lee'er**; pro **strate / neve / splete / lote / leder / leeder.** Contractio haec ita procedit, quod syllabae istae ultimae, naturâ breves (quemadmodum sunt omnes ultimae in tota nostra lingua, analogicè scriptae: ut mox docebitur in Profodia) tam immensum corripiuntur, ut prorsus non exaudiantur in pronuncian-do: sono penultimae, quae nobis semper naturâ longa est, manente interim invariato. Ac ne in scriptio-ne exultet **strat / splet' / lot'**; scribimus penultimas per diphthongos **ae / ð, ð:** tametsi sonus non fiat bifonus: atque istud nobis causatur literarum penuria. interim casus hujus craseos, in crisi orthographicâ, ansam praebet confusio: undè res haec nobis cum moderamine et tolerantia tractanda. Ac seriò re-cordandum id quod capite secundo admonitum; nempe Orthographiam Belgicam sine linguae nostrae *communis*, quae ejus objectum est, cognitione nun-quàm recte capi posse.

*Distracta DIÆRESIS effert: nostris* **Spalkin-ge**: ut **vollek / sellef / erref / ellekandze**: pro **volk / self / erf / elkandze.** (\*)

In

(\*) Metaplasmm additionis detractionisque illustravit No-ster, nil vero de eo habet quid immutatione absoluitur. in quo genere duo sunt, metathesis et antithesis. Meta-thesios ( quae traiectio Literae aut Syllabae est.) Vni-cum se exemplum nouisse fatetur Vir ampl. ZACH. HENR. ALEWYNIVS. *Derdeed. v. d. boorn. dichter-lijke byjheden. Werken v. d. Maatsch. der Nederl. Let.*

In Capite primo de *Orthographiâ* promiseram ex superabundanti adhuc theoretica quaedam; haecigitur hic habere.

Diphthongi nostrae sunt *ae / ei / eu / oe / ue / ou*; *eeu / ooi*: triphthongi, *aei / oei / eui*.

Quò ambarum natura noscatur e primis causis, est attendendum; vulgares quinque literas vocales nobis pronunciari singulas limitatâ quadam labiorum aperturâ, ac ab ipsâ quasi natura definita: et *primò* ad efferendam vocalem U requiri aperturam labiorum minimam: ad O paulò majorem; ad I iterum paulò majorem; ad E adhuc majorem; ad A aperturam maximam. vires vocis hîc postulamus aequales. *Secundò* patet ratio quare, pro quintuplici eâ aperturâ, Prisci vocalium numerum statuerint quinquenarium. Ad intelligendam nunc diphthongum, observandum est eam indè oriri; ex. gr *ei*; quod nempe labiorum aperturam intendamus primum in E, mox eodem ha-

*Letterkunde te Leyden. D. III. bl. 138.* illudque positum esse in *WOESTENIJ* pro *WOESTIJNE*. in quo ne alii quidem metathesin, sed aliam vocabuli formam agnoscerent: en vero alia exempla: *bozn* / (*Vers. Bibl. Dordr.* ad II Sam. XXIII, 15, 16 et sexcenties alibi *bozn*put.) pro quo *WILLERAMI* temporibus, obs. *HUYDEC. Pz. bl. 206.* seq. et hodie *hzon. Bert* i. e. *bozd* (*Vers. Bibl. Dordr.* ad Exod. XXVI, 16.) et *hzed* / qua voce Groningani vtuntur. scripserunt et olim *Nootturste* vid. *JOH. DE BEKA Chronic. Anal. MATTHAEI. Tom. III. p. 48.* Nos *nooddz*ust scribimus.

Antithesin autem h. e. literae pro litera positionem facile animaduertas in *hart* pro *hert* / *hammen* pro *hemmen* / *bermetel* pro *bermeten* / *haght* / *gaght* / pro *hast* / *gast*.

halitu remittamus in I. Par ratio in aliis diphthongis, imò et triphthongis.

Vocalis levioris hiatûs, ut U, O, I, E, certis casibus admittit in pronunciando soni continuationem; ideoque, ubi in syllabâ longâ consonantem praeit, duplicatò solet pingi: ut **muur / poort / tijd / meel**. Ejusmodi autem continuatio soni videtur haud fuisse admiffa à Belgis in elocutione literae A; quae nempe est hiatus maximi: quippe non pronunciarunt **a a**: sed, pro maximi illius hiatûs inconditâ, ac arduâ nimis, continuatione, diphthongo usi sunt **a e**; labiorum aperturam primum intendentes in **a**; mox spiritu eodem remittentes in **e**: ut indè manaverit sono illi tributa scriptio **a e**: **vaer / gaer / raen / staen**. Item bifona et ferè disyllaba haec pronunciatio A-E etiam hodiè, inter loquendum, clarè auditur Hagae, (ubi Senatus, Curia) Roterodami, et in reliquâ meridionali Hollandiâ; ut et in eâ Belgii parte, ubi scribendi primordia, undeque ad nos manarunt; ut Flandriâ, Brabantiâ. Diphthongo huic **ae** ferè necessarium fecerunt locum monosyllaba e disyllabis per anomaliam ac metaplasmum conflata: nimirum ex **vader / gader / raden** per syncopen est **va'er / ga'er / ra'en**. Atque sic demum fert pronunciatio Hollandica genuina; et inter Proceres in actis servata. Soli quidam Hollandi boreales, et secundum istos multa plebs Amstaeledamensis, sonum vocalis A irrefractè continuant; ad deformitatem usque. atque factum inde, ut viri quidam (alioqui et eximii) civitatis ejus incolae, dum linguae nostrae poliendae incumbere abhinc sesquiseculum, sint aggressi pingere **a a**; fundantes id nempe unice in peculiari isto sono

sono popularium suorum. verum ante laudatus JUSTUS VON DELIUS aggressioni isti nunquam subscripsit; ut nec multi alii viri graves. Consideret nunc quisque, quam rationem potius inire amet.

Ἐφιδὸν et ἦτα, quemadmodum et ὀμικρὸν et ὠμέγα, distinctum apud nos habent sonum, in ipsomet rerum discrimine fundatum, quique justâ claritate exauditur in dicto Hollandiae tractu meridionali. aliud enim est **leder** (λέδερ) *corium*; aliud **leeder** (λήδερ) *scala*: iterum aliud **koper** (κόπερ) *aes*; aliud **kooper** (κῶπερ) *emptor*. licet id omne à plebe, ejusque asfeclis, miserè confundatur Amstelaedami et in Hollandiâ Septentrionali; unâ cum discrimine inter duplum **i** et **ei**: usque adeo ut nec ipsa scriptio ibi isto sit libera ab errore. interim tractui ei innatum istud, ac vere gentilitium, cacoëthes incolis ejus seorsim, vel literatis quandoque, sic officit ut nunquam ferè vocalium, fonos, et dictionum, quae indè pendeat, vim judicent benè. Moneo hoc, ut aemulatione perciti recipiant se ad bonam frugem.

Distinctis his sonis interim non desunt et suae regulae ac criteria, quae Germanorum commodo adduci queunt.

I. Dictiones quae Germanice scribuntur cum **et** aut cum **â**, et nobis cum **e**; efferuntur ut ἦτα: ut **theilen / deelen**; **geist / geest**; **steinen / steenen / gemein / gemeen**: **gelährter / geleerd**.

II. Dictiones omnes, quae Germanicè scribuntur cum **au** / vel cum **ô**; et Belgis cum **o**; efferuntur ut ὠμέγα, ut **tauffen / doopen**; **lauffen / loopen**; **kauffen / kooppen**: **böse / boos**; **nôthig / noodig**; **grôs / groot**.

III. Duplum illud **i** et **ei** discriminatur ultrò in

verbis, nunc, per participia passiva: *lijden / geleiden / leiden / geleid*.

Denique omnis sonus sibilans antiquitus apud nos pictus est unicâ literâ *f*: neque *asperitas* aut *lenitas* soni peculiari literâ distincta. ratio erat, quod, re ultrò loquente, distinctio non est necessaria. nam Hollandis est pro firmâ, imò innatâ regulâ; *ubi sonus sibilans liquefcit cum subsequente vocali, tum semper lenem*: ut, in *sak / seker / sout / silber / suiber*; item *swijgen / swaer* / (quasi *subwijgen / subwaer*. Ita enim et scribebant majores) *Contra, ubi sonus idem liquefcit cum consonante seu antecedente seu sequente, tum semper asperum*: ut, *verdigtsel / begintfel / maektsel / tsamen / tsevert / menschen*; neque aliter Hollandus potest efferre Hollandicè. Deinde aliqui, inter quos *HUGO GROTIUS*, item *Metaphrastae Dordraceni*, pinxerunt *sijn* pronomen, et *zhu* verbi substantivi infinitum; ad rei, non soni, distinctionem. Postea primariis nostris Poëtis visum est utrique sono peculiarem tribuere literam; videlicet *z* leni; *f* aspero: forte *abundanti ex cautela*, quam quidem rescribunt *Legislatores neutiquam nocere*. omnibus quippe non innotuit regula; quin, circa eam, penes quosdam exteros, Gallos, Hispanos, etc. aperta confusio est: unde hoc commentum non indignum, quod tandem et amplexemur universi; (est enim, hoc assumptivum totum) eâ tamen lege atque omine, ut indemnem atque incolumem linguam nostram isti fidejubeant idoneè ab asininâ aggressionè *zchelm / zlaen / zmijten*.



## C A P. XVIII.

*De Syntaxi Belgicâ.*

**S**yntaxis omnis consistit in Convenientiâ et Regimine. De discrimine inter analogiam et anomaliam non tam multa hic veniunt dicenda, quam in etymologiâ. Quod nos attingemus, id tantum erit in quo à Latinis differimus: Caetera ex Grammaticâ VOSSII petenda.

*Regula I.* Cujusvis generis nomini substantivo, referenti sexum, sive masculinum, sive femininum, constanter convenit pronomen quod sexui proprium. ut, **het vroukje heeft haeren man geslagen**; non **synen man**. substantivo **Majesteit** / quod femininum est, convenit pronomen masculini sexûs, ubi de Viro Rege agitur; (\*) **syne Majesteit / Hoogheit / Genade**: contra feminini, ubi de muliere Regina: **hare Majesteit / Hoogheit / Genade**. Constanter ita scribunt Proceres nostri, *usus*, apud nos, ut plurimum magistri, quique hîc sequendi  
con-

(\*) Perperam ex meo quidem, saluo meliore, iudicio **MOONEN. Ep. C. p. 24**: — **Het tweede vroukje past eerst recht op den regel.** — Enim vero in priori exemplo ad nomen neutrum refertur pronomen, quod sexus proprium est, hoc est femininum: in posteriori item pronomen masculinum nomini formatenus feminino; sed masculino, quod ad significationem iungitur. Ipsam regulam pluribus executus est **VERWER. Ep. ad Reland. p. 54. seqq.**



contra scriptores privatos. Est etiam regula haec adhuc magis universalis; ut scilicet, ad alia substantiva quoque extendatur.

(\*) *Regula II.* Verbum finitum cujusvis personae aut numeri necessario postulat adpositionem Nominativi, sive sit pronomen personale, sive alia orationis pars; idque numeri ac personae ejusdem; ut, **De vijanden vermeerden de stad: ende den weg/ daer zy doorgedrongen waeren, non, daer doorgedrongen waeren.**

Haec lex tanti est in linguâ Belgicâ; ut nulla existat figura Grammatica, quae loquentem vel scribentem ejus vinculo solvat, eive gratiam faciat.

Si tamen, in periodo eâdem, complura verba per conjunctionem copulentur; sufficit nominativum primo verbo adponere. ut, **de weg/ daer sy doorgedrongen waeren/ ende lanx henen rukten/ ende alomme nergens tegenstand ontmoeden.** Etiam Proceres, Magistratus, in legibus, atque edictis, suum primae personae pluralis pronomen semel prolatum raro iterant.

(\*\*) *Regula III.* Substantivum regit substantivum  
rei

(\*) Nae ludibrium intelligentibus debet, qui, vt in epistolis hodieque fieri solet, sic scribat: **hebbe uwen brief onthangen: zende u cet.** Notati fuere, qui virtutes orationis affectent, ne indocti audiant. Bene factum. Sed, qui sectentur vitia sermonis, ne homines de plebe videantur, ii igitur, sciant, et hoc se non impune committere.

(\*\*) Atqui, si dicitur, **de deugd des MANS:** alter casus secundus est. Sin autem dicimus, **de deugd van den MAN:** articulus den/ praepositione van inter-

rei diversae seu in Genitivo, seu in Ablativo; ad libitum sumpto.

Imò quaecunque apud Latinos Genitivum; apud nos seu Genitivum seu Ablativum regunt. Quod semel monuisse sufficit.

*Regula IV.* Verbum substantivum, **ik ben /** per omnes modos et tempora apud nos semper exprimi debet; nec subintelligi potest: nisi aliquando in Participio.

*Regula V.* Verborum quatuor auxiliarium regimen est sequens.

**Ik sal** poscit verbum, cui auxiliatur, in infinitivo tum activo tum passivo.

**Ik hebbe /** in participio passivo.

**Ik ben** } in participio et activo, et passivo.  
**Ik worde** }

*Regula VI.* Verba quaelibet utrinque nominativum seu substantivum, seu adjectivum, seu articulum, seu pronomen; seu aliud quod nominativi loco est, recipiunt; ut apud Latinos.

Pro nominativo, significante statum aut gestum rei, et locutio ponitur, **De man is te vrede. de man is te dege.** Quo circa disceptant curiosi, num **vrede / dege /** dativi an ablativi censendi sunt.

(\*) *Regula VII.* Comparativa exponentur per *quàm,*

veniente, in tertio casu erit; nomen ipsum non inflectetur.

(\*) Hac in causa pessimo consilio scribi solet alij. Quod argumentum more suo, id est, maximo cum apparatu literarum tractavit **HVYDROF.** vir eruditissimus. **P. v. C. z. D. bl. 128 — 134.** Peccarunt et in hac

quam, et nomiuvativum postulant. **Hofstelyker als goud**; aut **dan goud**. *Pretiosior aura.*

*Regula VIII.* Casus significans *locum ubi fit actio aut quies*, postulat praepositionem.

**De man was te huise.**

**De man was te Amsterdamms.**

**De man was te velde.**

**Ik bragte hem te huise.**

**Ik bragte hem te schole.**

**Ik hielpe hem te paerde.**

Constanter haec regula observatur a *Metaphrastis Bibliorum Dordracenis*, VONDELIO, et aliis. Sed circa urbium nomina non observant nostri Proceres pro **te** usurpantes **tot. de Admiraliteit tot Rotterdam**: id quod multi auctores etiam sequuntur.

*Regula IX.* Casus significans locum *ad quem, per quem, à quo* (sive proprii, sive appellativi nominis) non regitur à Verbo; sed postulat praepositionem, quae motui est congrua.

*Regula X.* Par ratio in Casibus *causae, instrumenti, modi, partis, pretii.*

*Regula XI.* Regimen aut convenientia *Adverbiorum, Praepositionum, Conjunctionum, et Interjectionum* est ferè idem nobis ac Latinis.

Ob-

hac re *Interpres Biblior. Dordraceni.* multis in locis, quos nobis omnia annotavit Vir linguae nobis patriae peritissimus F. LELYVELDIVS in nupera, quam curavit, egregii illius HUYDECOP. operis supr. citat. editione, bl. 290.

Obſerva ſolum, circa adverbia *negandi*; duas negationes apud nos non affirmare ut apud Latinos, ſed (quemadmodum in Graecis) fortius negare. id diſertè teſtatur Grammatica colleg. *Rhythmici Amſted.* anni 1584. quod etiam ſequitur HOOFDIUS in *Henr. IV. niemand niet.* pag. 89. edit. 1626: item *Metaphr. Dordraceni* Pſal. CIV. 5.

Praepoſitiones noſtrae maximam partem regunt Genitivum: ſed hodiè id magis ac magis obſoleſcit; dubito an per Soloeciſmum; ſaltem per Metaplaſmum. nam Proceres, Senatus, Curia, in linguâ ſuâ communi perſeverant inconcuſè.

Quod nunc denique ad *Figuras ſyntacticas* attinet; habemus Belgae quaedam in *carmine* ſolo cum Latinis communes; ut *Aſyndeton*; *Polysyndeton*: item et *Synchyſin*. Canit VONDELIUS *Virgil. de Sonnepaerden 't ligt // Ter kimme opvoeren.* Eques HOOFDIUS in *Gerardo Velfenio*: **Myn ſuper en het kap noch wat verſchikt zyn moeſten.** Et ſic in locis innumeris. porrò et *Ellipſin* (\*) habemus, Belgicè **Weg-worp** redditam à Poëtis, per quam in negandi formulâ (ubi, extra infinitivum et participium, binae nobis concurrent particulae **en / niet**: ut penes Gallos) omittimus alterutram; nunc **en / nunc niet**: prout Euphonia, pronunciationis noſtrae

(\*) Saepe admirari mecum ſoleo, qui factum ſit, vt **en** illud apud auctores noſtros plane in deſuetudinem abierit, cum in proſa oratione nescio quam ſuavitatem prae ſe ferat; in poëtica quoque metri hiatum ſine villo invidiae periculo implere poſſit. Sed et hic conſuetudo regnat. Ceterum conf. nota (\*\*) ad p. 59.

nostrae Regina, suadet. Ita pro *ih̄ en han n̄iet* /  
*ἰλειπτικῶς* usurpamus quandoque *ih̄ en han* / vel *ih̄*  
*han n̄iet*.

FINIS GRAMMATICES.

---

L I N G U A E  
B E L G I C A E

I D E A

P O E T I C A.

---

C A P. XIX.

*De Linguae Belgicae tractatione propectà, quae  
Ratio est Conscribendi: et de Profodiâ.*

**P**ost expeditam *Grammaticen*, vicem occupat *Conscribendio* ratio. haec vel *Poëtica* est, vel *Rhetorica*: atque ea ita est comparata, ut, cum in capite *elementari* praecelluerit nobis antiquitas, nos contra in *propectiori* nunc infinitum praeventamur majores nostros. Alterum quippe ab altero minimè pendet. Grammatica res est firmis circumscripta limitibus, quos movere, cum usûs effectû, nemini privato datur. Rationem verò conscribendi, quod linguae usitatae praxin, monstrabimus consequenter, esse sitam in certâ, ac numerosâ quâdam dictionum collocatione; quae Indies, tum in ligato tum in soluto dicendi genere, se in melius, gratius ac venustius adduci, et poliri, patitur. Haec Cura sane majores nostros parum sollicitabat; at nunc praeterito seculo, felicissimis avibus, coepit increbrescere.

(\*) De



(\*) De *Poesi* primum agemus. (\*\*) In hac veniunt *Rhythmus*, *Metrum*, et *Similiter-definens*. Sed antè *Profodia*, quae *Poesi* praeire debet, hic nobis praefigenda. *Haec syllabarum in versu quantitatem persequitur*; habetque sibi objectam linguam Belgicam communem, non metaplasmicam.

Syllabae quantitas est ejus mensura, aut brevis, aut longa, aut anceps.

(\*) Syl-

(\*) Nemo facile praecepta philisophica de iis, quae in rerum natura sunt, poetice exprimendis, variisque carminum generibus recte disponendis ab auctore expectabit. Quae reperient harum rerum cupidi in libris DUBOSIANIS, BATTEVSIANIS et, si ieiunitas orationis placebit, RIEDELIANIS. Isti inscribuntur: *Reflexions critiques sur la Poesie et sur la Peinture*, suntque a ZWEERTSIO belgice redditi; illi, *Introduction dans les Belles Lettres*, SCHLEGELIVM ac RAMMLERVM interpretes Theodiscos nacti; hi: *Theorie der schone Künsten und Wissenschaften* / quos VAN ALPHEN in sermonum nostrum translato edidit. Nec hi scriptores foli hanc causam egerunt. Exempla fuere IVL. CAES. SCALIGER in *Poëticis Libris*, ac VOSSIVS; in *poëticis institutionibus*; ne nunc alios, ipsumque ARISTOTELEM atque HORATIVM memoremus.

At noster, cum *ideam* tantum linguae Belgicae poeticeam promiserit, non eam quae in rebus, sed quae in verbis, ac versibus est, poetice tradit, putatque adeo, metrum ad poësin pertinere. De quo diu multumque disputatum fuit. Vid. MICH. CONRAD. CVRTII *disf. de natura poëticae*, inserta ea libello quem, inscripsit: *ARISTOTELES Dichtkunst in deutsche übersetzt*.

Ac mihi, si meum ea de re iudicium interponere licet, poetae nomine videtur indignus, qui oratione, metri legibus non adstricta, vtatur; idque vel Baumgarteniana ex definitione tantopere probata, manifestum est. Haec enim poësin ponit in oratione, cui ad sensus commouendas nihil deest. Metrum autem vim in sensus habet incredibilem ac prope diuinam.

(\*\*) De his nonnulla ad p. 113. not. (\*) monebuntur.

(\*) Syllabarum longitudo aut breuitas nobis non pendet ex earum in dictionibus Orthographiâ; quemadmodum apud Latinos: verum è certo pronuntiationis accentu, quondam unâ cum dictionum notatione syllabis tributo, et per USUM seruato. Viva vox igitur praecipuè hîc consulenda.

Ad leges hujus Ufus regulâ determinandas monemus iterum, requiri hoc loco, plusquam ullibi; ut dictiones reuocemus ad analogias, quibus nempe olim fuerint, ubi majores nostri syllabas eas talibus quantitibus induerent. Et sic omnia, licet in  
castra-

(\*) Saepe vidisse mihi videor, nonnullos, neque eos indoctos homines, accentum, siue tonum quantitati confundere. Hi, si repetant viri; quae non satis ceperint pueri, tonum acutiore, vel grauiore syllabarum sono, quantitatem mora ac pronuntiatione soni istius longiori vel breuiori absolui discent. Illud temporis discrimen Romanae Graecaeque aures, nostris elegantiores, incertis quibusdam syllabarum terminationibus posuerunt; ita, vt duae consonantes syllabam, quam claudere censerentur producerent; duae item vocales contractae longam postulerent syllabam. In quo subtiliter fecerunt, cum vnius liteae tempus duarum pronuntiatione breuior sit. Nec proinde syllabam productam, aut correptam iudicarunt eo, quod tono acuto, aut graui esset. Etiam si enim leges tonorum primam in *dei*, atque *λογου* acui, secundam in *reges*, ac *τιμη* grauari iubent: priores tamen syllabae breues habentur, linguae posteriores. Sed nostra omnis quantitas in ordine syllabarum sita est, breuesque accentum grauem, longae vero acutum iuxta, et circumflexum, qui, pariter ex acuto ac graui compositus, in diphthongis ceterisque *VERWERO* Reg. I. laudatis forte agnosci debet, plerumque comitantur. Nec tamen negauerim, hodie tonum grauem aliquando longis syllabis, inesse videri. Sic vltima in *bekommeren* grauis eademque longa censetur. Sed conf. not. dict. Reg. IV.

castrato idiomate metaplasmico vel maximè abstrusa imò impervia, valdè expedita erunt, magisque simplicia, quam in ullâ aliâ linguâ tam vivâ quam mortuâ.

*Regula I.* Diphthongi, triphthongi, item *ita* et *eiya* sunt naturâ longae. ut *staël / geit / geut / sehreuto / toe / mooij / douw / steen / kool*; excepto, si syllaba, quam constituunt, in duas sit resolvable: ut ultima in *Grootbaer / Grootmoer / sehroebroer*. huc refer antepenultimam in *beerinne / et koopbaerdpe*.

*Regula II.* Dictiones, quae, ad summam analogiam reductae, monosyllabae remanent (quae, quantum ad primitivas attinet, nobis sanè sunt paucissimae) sunt breves; vel saltem ancipites: sive *per se positae*. ut *my / gy / u / sig / dan / kan / by / wel / booz / op*. sive *cum aliis compositae*. ut *booznemen / weldadig / opdoen*.

(\*) *Regula III.* Dictio, *scripta analogicè*, duarum pluriumve syllabarum vulgò habet ultimam semper brevem; penultimam semper longam; antepenultimam iterum brevem; plusquam antepenultimam iterum longam: et sic porrò alternatim; ut *leeren /*  
ver=

(\*) Ne quid hac ex lege derogemus, quod nunc verborum *Godlijkheid / voztendom* similiunque vltima longa, penultima brevis sit: cogitemus haec per figuram pro antiquis *Godlijkheide / ac voztendome* dici. Quod in iis, quibus *booz / wel / op* aliaque monosyllaba praemittuntur, vti *booznemen / welvaren / opzitten / goedbinden /* syllaba, quae penultimam antecedit, producat: id non expedio, nisi haec non tam cum vocibus istis componi monosyllaba, quam *seorsim* collocari existimentur.

verkeeren / obergieten / hoobaerdye / koopbaerdye /  
 verdoemenisse / renbaen - spel / gespansel ; porrò ,  
 schuddeninge / stellinge / weggeveninge &c. betern /  
 schildern / opheldern. &c. Neque unquam fallit  
 haec regula.

*Regula IV.* Si, in dictione quatuor, pluriumve  
 syllabarum antepenultima per syncopen eliditur:  
 (ut, si de verdoemenisse / schuddeninge / stellenin-  
 ge / weggeveninge fiat verdoem'nisse / schuddinge /  
 stellinge / weggevinge:) penultima plerumque suc-  
 cedit et in ejus elisae quantitatem: id est nis et in /  
 de longis quae erant, fiunt breves. id clarè etiam vi-  
 des, quando vox antiqua **Wondenisse** / per syncopen,  
 fit **Wonnisse**.

(\*) Pro **bekommern / schildern / betern** Flandri,  
 per solitam suam diaeresin, nobis tradiderunt **bekom-  
 meren / schilderen / beteren**. pari modo, quo populi  
 boreales, factores linguae nostrae, habent in partici-  
 pio activo **stellend** pro masculino; **stellende** pro fe-  
 minino, (quo et hodie multum utimur) Flandri no-  
 bis tradiderunt universim **stellende**. sic a **bekomme-  
 ren** / ex. gr., est infinitivale, **bekommerninge**; ac  
 per syncopen **bekommeringe**. item à participio prisco  
**bekommernèt** / ac per syncopen **bekommert** / est  
 par-

(\*) Illa, si huc grammaticae Ebraeae vocabula trahi fas  
 est, antea quodam quasi *scheuate* dicta, tandem in  
 syllabas conuersa fuere. Quare formae vocis anomalae  
 tribuendum, quod vltima in **bekommeren** aliisque id  
 genus exemplis produci videatur; constatque, vt spero,  
 verissima esse, quae Reg. III. subtiliter praeceperit  
**VERWERVS**, homo, si quis alius, acri iudicio prae-  
 ditus.

participiale **bekommertnisse** / et figuratè **bekommertnisse**. in verbis **wisselen** / **stamelen** / quae populi boreales nobis tradiderunt **wisseln** / **stamelen** / par ratio. ut videas, ubi ad penitissimam analogiam ascendis, nihil non hisce regulis subjici.

Dictiones Belgicae nunquam exeunt in vocalem, nisi aliquandò in **e**: vocaliumque longitudo aut brevitās (juxta reg. III.) semper regitur ab ordine syllabae ad quam pertinent. inde apud nos supervacaneum notas vocibus affigere, quibus vocalium longitudinem aut brevitatem designemus. uti appositè effert JOANNES ANTONIDES in Carmine lugubri quod canebat JUSTO VONDELIO.

**Op heeft syn' letters met geen' spietfen te ver-  
weren;**

**Syn gehart.**

En quam paucis ità nobis expeditur in linguâ *communi* omnis res Prosodica? at contrà, quàm in fo-  
veâ hic jacent novitii cum scriptione suâ metaplasmi-  
câ, cui adeo praecipites sacra faciunt! Eos hic  
ad praelium lacesere ausim, ut in distorto suo  
idiomate vel unam regulam hac in parte in medium  
adferant.

Quod hic in Regulâ II attigerim *paucissimas in  
lingua nostrâ voces primitivas esse monosyllabas*: ubi  
contrà statuunt, ut linguae Belgicae ducant praero-  
gativam magnam esse, scaterere monosyllabis ceu ra-  
dicibus: imò quò voces plurisyllabicas reddant mo-  
nosyllabas, eas armatâ vi vitiant et disorquent. sed  
isti conjiciant oculos in vetustissima Hollandiae acta  
et monumenta, ac faciliè mutabunt sententiam: re-  
per-



perturi, quae nunc sunt *nomina*, antiquitus magnâ copiâ fuisse *verba*: contrâ rariora e substantivis *verba* facta: quin ipsas praepositionis *af/ aen/* nunc monosyllabas, majoribus priscis fuisse disyllabas *ave/ ante*. Verum utique est (ut pluries jam inculcatum) populos Boreales, praesertim *Normannos* in *Historiâ* dictos, et arma, et cum armis, linguae suae femina in agrum Belgicum tulisse; quin in ipsos Galliae fines, quae ab iis et nunc *Normanniae* manet nomen. Eorum tunc populorum in monosyllabicis parcimonia altè radices egit in Flandris. Et quae deinceps Hollandis Zelandisque in usum abiit dialectus, item conscribendi ratio et lima, eam tum nostri Proceres, tum Ecclesia, tum populus jam multâ ante secula directè habuerunt à Flandris; non aliunde. Id quod posset latè adstrui multiplici argumento. Nunc quidquid monosyllabicum redolet, rejectaneum esse penes Flandros, nemo nisi lectionis expers nescit. Originem eam Flandricam ipsi Poetae, antè laudati, nobis ultrò concedunt; dum pro *klein/ bleik/ teiken/* constanter hodie nobis tradunt Flandricas voces *kleen/ bleek/ teeken*. Specimen alterum atque alterum priscæ linguae Borealis, ut Belgicæ nostræ femina manibus palpari possent, visum fuerat hîc infra ad calcem adnectere: verum mutavimus consilium, et populares nostros remitteremus ad libellum antè nobis cap. XII. laudatum. Antiquissima quippe inspicienda: nam recentia: ut longinquâ aevi vetustate eandem nobiscum mutationem passa, ad Belgicam rem Etymologicam nè hilum juvant; *Germanica* etiam minùs ac *Succica*, tum quod constantior his manet analogia; tum

H

quod



quod folis populis Borealibus, Suecorum progenitoribus, linguam nostram debemus; quibus et Germani ferè suam.

---

## C A P. XX.

*De Belgicae Poëseos legibus.*

**P**ergimus jam agere de Poësi. Ea, quam colimus Belgae, non est advena e Graecis aut Latinis; sed mera indigena et *αὐτόχθων*. Neque ex versuum specie, quae eadem est apud nos ac apud Italos, Hispanos, Gallos, Anglos, argui potest nostrates ab his accepisse; haud magis quam hos à nobis. Sed re verà res sic se habuerit. Veteris Germaniae populi, quorum nos partem facimus, dum nationibus istis, subjugatis, per integra secula imperabant, et iis poëseos suae rationem fecerunt communem; expulsâ primigeniâ Latinâ. Praepollet quippe semper Aulae imperantis consuetudo. Invaserunt quidem ita ac tenuerunt Franci Galliam, Vandali et Suevi Hispaniam, iidem unâ cum Gothis Italiam, Germani Boreales Angliam. quod fusè probat historia. Germanos autem Veteres, *genus à quo sanguine nostrum*, Poësi addictos, quin carmina antiqua iis memoriae et annalium genus fuisse, auctor est *Tacitus*. Deinde post Christi euangelium adsumtum constat jusu Ludovici Pii Imperatoris, qui Karoli Magni fuit filius, ipsam Sacram paginam Teutonico Carmine esse redditam.

Ia-

Interim sequius aevum id exercitii genus penes ipsos majores nostros non imminuit, sed adauxit. Ita nobis est prae manibus Rhythmicum AEMILII STOKKII *Chronicon Hollandiae*, quo, versu, tripode ac tetrapode, Comitum gesta decantavit; ab initio ad seculum, quo vixit, decimum tertium. Sed nos rem hodiernam persequamur.

Et primùm, quod attinet ad linguae Belgicae usum, Poësis minus venustè ludit in linguâ *Communi*; amoenius autem et prorsus perfectè in metaplasmî figuris detractitiis, quae proinde *Dialectum* efformant *Poëticam*.

(\* ) *Rhythmus* in syllabarum numero est positus;  
Me-

(\* ) DIOMEDES L. III: *metrum*, inquit, est pedum iunctura numero modoque finita. Mox autem *metrum* poëticum quatuor modis intelligi monet. Primo per temporis spatium, ut in syllaba brevî aut longa. Secundo per numerum syllabarum, ut *Hendecasyllabicum metrum* dicitur, quod et *Sapphicum*. Tertio per qualitatem pedum, unde *Dactylica*, *Spondiaca*, *Ionica* metra dicuntur. Quarto per numerum pedum, quia versus pro mensura quisque sua, *pentametri* vel *hexametri*, intelliguntur. Et QVINT. IX, 4, 45. *Omnis structura ac dimensio et copulatio vocum constat aut numeris (numeros ἰσχυρὸς accipi volo.) aut μέτρον. id est dimensione quadam.* — *Rhythmi* spatio temporum constant, metra etiam ordine, ideo alterum esse quantitatis videtur, alterum qualitatis. Vid. GESNER. L. L. *Thef. v. Metrum*. BATTEVSIVS in libro cui titulus est. *Les Quatre Poëtiques*, Tom I, p 205. seq. eodem de *Rhythmo* haec fere scripsit, *le Rhythme, en général, est une espace terminée, fait pour symmetriser avec un autre espace dans le même genre.* — Quod in guttis cadentibus notare possumus, in anni præcipitante non possumus. c. c. *Dans le Discours, le Rhythme est une suite terminée de syllâbes ou de mots, qui symmetrise avec une autre suite pareille.* —

*Metrum* in quantitate. *Metrum* majoribus nostris, certè ad annum usque 1625, incultus fuit habitum; hodiè sanè nobis summum constituit artificium.

Quod attinet ad Rhythmum, versus nostri *specie* distinguuntur in *Hemipodes*, *Monopodes*, *Dipodes*, *Tripodes*, *Tetrapodes*, *Pentapodes*, *Hexapodes*: (\*)  
ne-

*Il ne faut pas ici confondre le rythme avec le metre. Le rythme ne considère que l'étendue, la durée; le metre regarde la manière, c'est à dire l'ordre des brèves et des longues, par lesquelles cette étendue est remplie: ainsi le dactyle, l'anapeste, le spondée, le double pyrrique, ont le même rythme (de quatre temps) et sont quatre metres différens. — Vides, ita metrum dici ea significatione, quam e NIOMEDE tertiam recensuimus. Neque ideo tamen in ceteris omnibus hoc discrimen esse continuo videtur. Ac, ne quid dissimulem, haec paullo subtilior doctrina est. Ego quidem nonnullos veterum, recentiorum plurimos parum errasse existimo, quod metri nomine rhythmum complexi sint. Sane rhythmus QUINTILIANO in numeris ponitur. Hos vero certas demensasque rei cuiusque partes, easque sibi aequales significare in Praecept. Stili B. L. Part. I. C. VI. Sect. I. docet SCHELLERVS: quo viro de numeris oratoriis nemo praecipit rectius. Iam cum in prosa, quae vocatur, oratione ad numeros sufficiat, ut enuntiationes ac membra sententiarum eodem fere spatio temporis pronuntiari possint; in poetica requiritur, ut versuum partis peraequa omnes sint proportione. Atqui haec syllabarum analogia, metrum, sensu illo populari acceptum, intelligitur. Plura persequi non vacat. Nostro autem rhythmus est, cum syllabae numerantur quidem, sed non dinumerantur: metrum, cum diligentius ad quantitatem syllabarum, quae diuersos pedes constituent, animum aduertamus. Si quis rhythmici maxime musici ac saltatorii naturam cognoscere cupiat; multa de his reperiet apud SVLZERVM, dignum illa statua sua philosophum. Allgem. Theorie der Sch. K. B. IV. p. m. 48.*

(\*) At vero nostra aetate versus sunt octo pedibus, uti  
FORT:

neque ulterius apud nos itur: nisi quod earum specierum unamquamque frequentemus tum *Constrictam* (staende /) tum *Protractam* (slepde.) *Protractio* vulgò conspicitur in unius syllabae augmento in fine versûs. *Constricti* et *protracti* versus Gallis audiunt *masculini* et *feminini*: at minus propriè.

Exempla.

I. Versûs Hemipodes.

Dzind	Heen
in 't	treen /
Best -	met
nest /	het
Daer de	slegte
waerde	weg te
naer de	voeren. &c.
aerde	

II. Monopodes.

Hier rust /  
 Wiens lust /  
 En vreugd  
 Was Deugd. etc.

III.

FORTMANNIANI illi trochaïci [Dichtliebende Menn-  
 gelingen bl. 22.]

Kan ik | deze | smart ver | duwen / | die mijn | blijdschap  
 overrumpelt.

Et superiori seculo iam in vsu fuit trochaïcum, dimi-  
 dium super septem pedes explens, quale est C A M P H U S I E.

Dan te | stijden | wil ik | singen / | singen | een aen | dach-  
 tigh | hede.

## III. Dipodes.

Als 't geboelen	'k Waere u allen
Waer te koelen	Lang ontballen
In het woelen /	Dooz het mallen
Dan de vzeugd:	Deser jeugd.

Hae tres priores species hodiè rarò frequentantur:  
quia Metri, quod Poëtis nostris jam omnem facit  
paginam, partes ibi nimis exiguae.

## IV. Tripodes.

Dat Gy my tzoost bereid  
Dan uwe Godlykheid.  
Eilaes! in doodes nagte  
Is weten nogt gedagte.

## V. Tetrapodes.

Of heb ik ooit 't betwefen quaed  
Dergolden met gelyke maet:  
Zoo wensche ik / dat party / verbolgen /  
Op 't allerstrengst my mag verbolgen.

## VI. Pentapodes.

Gelyk een boom / aen de openlugtsche kant  
Eens frisschen beeks voorzagtelyk geplant /  
Ter regter tyd met vzugten is geladen;  
En / onbezwelkt / blyft staen in all' syn' bladen.

## VII. Hexa-

VII. Hexapodes.

Syn kroone sonder glants/ syn hultsel sonder eer/  
 Weept Gy veragtelyk van synen schedel neer:  
 Syn' muren stoot Gy om: syn' hooggezeten' wallen/  
 De veiligheid syns stads/ doet Gy ter aerde vallen.

Versus hexapodes five sex pedum, apud Gallos (\*) audiunt *Alexandrini*: ex quo ibi, seculo XII, quidam Alexander Paris epos composuit, quod *Alexandri Magni* fert nomen, hoc versuum genere, quod tum quidem per longum tempus rejectaneum fuit, sed post ann. 1500. in usum revocatum.

(\*\*) Quoad *Metrum*, usitamus dissyllabos pedes tres;

(\*) Ea de re HEUMANNVS *Conspect. Reip. Literar.* C. V, XVI. p. 266. seq. ed. septim. mibi, inquit, persuasi, *Alexandrinum* carminis genus ab urbe Italiae *Alexandria* vocatum esse, tanquam prima istiusmodi versuum officina. Quamquam et audire par est Gallos, suae nationi arrogantes inventionis gloriam. Ae Ludouicus le Gendre in *Noua sua Historia Galliae* narrat, poema quoddam Latinum, cui *Alexandreis* titulus, (haud dubie innuit opus Phil. Galteri.) Gallicis fuisse versibus redditum a Gulielmo le Court et Alexandro Pariensi, cuiusque versionis singulos versus constituisse duodecim syllabis; hinc factum esse, ut postea huius generis versus nominarentur *Alexandrini* siue a nomine vnus Interpretum, siue ab Alexandro M. versibus illis laudato. Hactenus Heumannus, qui suam istam suspicionem nullo ibi argumento probauit. Quod factum nollem.

(\*\*) In genere dissyllaborum omisit auctor trochaeum. De pyrrhichio alii dubitarent. Spondeus, si pronuntiationem consideres, in sermone nostro nullus est. Dactylum vero in vna dictione, eademque simplici, cuiusmodi est *schitteren*/ frustra quaerimus, cum syllabam vltimam paullo esse penultima, longiorem aurium sensu doceamur. At is potest in com-



tres; pyrrichium, spondeum, jambum; item in versu pentapodis aut tetrapodis pottracti sine quandoque trisyllabum, nempe dactylum.

In Versibus spectamus *Caesuram*; *Scanfionem*; *recitandi Pausam*.

(\*) *Caesura* est, cum post pedem superest quasi syllaba quae finit dictionem. Versus absque *Caesura* est ingratus. ut

**Die** **z**o<sup>r</sup>gt / **e**n waekt / **e**n slaeft / **e**n d<sup>r</sup>aeft / **e**n ploegt /  
**e**n s<sup>w</sup>eet.

Species *Caesurae* nobis sunt VI.

I. *Triemimeris*, ubi relinquitur syllaba post pedem primum. ut

**T**en o<sup>o</sup>z | **b**aer van het **L**and een lastig ampt bet<sup>z</sup>eet.

II. Pe-

positam vocem, duasque conuenire, quales sunt  
**o**verge | **k**omen / et **k**made **b**e | **g**eerte.

(\*) Ita fere VOSSIVS in *Arte metrica*. Sed cum in VIRGILII Latino.

*Illi in | dignantes magno cum murmure montis  
Circum claustra ferunt.*

et Belgico VONDELII:

**W**at dor | **p**erheid is dit / **o**n | **e**dele gemeente ?

plures post pedem syllabae supersint: *Caesuram* rectius dicas etiam dictionis divisionem, qua quid in ea relinquatur, postquam pars quaedam prior ad pedem nonnihil fecit, vel pedem per se totum absoluit. **H**YDECOOPERI descriptio [P. v. C. t. P. p. 146.] vereor ne probetur; certe, si comparetur cum illo **VONDELII** quem diximus.

II. Pentemimeris, ubi post pedem secundum. haec mollis et venusta.

En waent de men | schen aen syn vroomheid te ver-  
binden,

(\*) III. Heptaemimeris, ubi post tertium: haec dura et ingrata.

En waent aen hem der men | schen vroomheid te  
verbinden.

IV. Enneaemimeris, ubi post quartum: haec venusta et grata.

En waent de menschen aen syn vroom | heid te ver-  
binden.

V. Endekaemimeris, ubi post pedem quintum. haec non prorsus ingrata.

Om dat hy verder als de kerk en 't Ou | ter gaet:  
Omdat se verder als de kerk en 't Ou | ter stappen.

VI. Trisdekaemimeris, ubi post pedem sextum. Haec etiam grata satis, at in folis protractis sex pedum versibus. ut

En waent de menschen aen syn vroomheid te ver-  
bin | den.

Scansio, vulgò Dimensio, est Metri in suos pedes  
di-

(\*) Imo heptemimeres, ἑφταμμερής, vt et triemimeres, pentemimeres, cetera componuntur enim ex ἡμιμερής ac, τεῖς, πέντε, ἑπτὰ et quae sequuntur. Belgica de derd'halve / vijfde'halve / zevende'halve / negende'halve / elfde'halve / dertiende'halve plane similia sunt.

distinctio. in hâc unica figura nobis frequentatur *synaloepha*; (Poëtae nostri verterunt Belgicè *smeltklinker*.) et id quidem in Carmine ad recitandum conscripto; praeterea tum demum ubi post pedem superexistens, dictionemque finiens, syllaba exit in *e*; ac vox sequens cum vocali orditur; ut in versûs sequentis pede quinto.

**Wittheemscbe ballingen van ha|ve en huis|beroofd.**

In versu, ad canendum composito, vocalis elidenda *e* nunquam scribitur; sic jubentibus Notis Musicis.

(\*) *Pausa* est spiritus nostri, in recitandô versu, quasi

(\*) *Pausam* inter tertium quartumque pedem in Iambicis nostris fenariis facere non cogimur Bataui. Vid. H V V-DE COP. P. 2. bl. 177. seqq. et 610. seqq. Cuius multo eruditissimum est de syllabarum convenientia inuentum: ut hic demum versus suaviter sonet, cuius omnes quidem syllabae pares producuntur, sed aut quarta, octava et duodecima, aut secunda, sexta, decima ac duodecima tono acutiori sunt ceteris syllabis et ipsis paribus. Ceterum, quid in iis tamen versuum, quos appellant, *modis* (sic enim Belgicum trantem fortassis exprimi queat.) aliquando, mutari possit, ex eodem intelligas bl. 181. 185. Ut illuc reuertar, licet ita Gallis praecipiat DES PRÉAUVS, *Art Poétique*, Chant. I. v. 105. seq:

*Que toujours dans vos vers, le sens coupant les mots,  
Suspende l'hémistiche, en marque le repos,*

Belgae autem, consuetudine adducti, haec etiam in causa Gallos hodie imitari soleant: nos tamen in eo necessitati non paremus. Nam Gallis, numerantibus tantum syllabas. nec multum in versu quantitatem curantibus, *pauza* hac opus est ad rhythmum efficiendum; quem nos castigata pedum, ac sonorum proportione assequimur. Itaque, si in carmine longiori versibus, semper in duas partes abscissis *μονοτονίαι* inesse cum quibusdam censeas, pau-

quasi statio ac alternatio: signaturque apud nostrates duplo Commate ,, . Haec quidem, recitantibus nobis versum hexapodem, incidit vulgò simul cum tertio pede; cum secundo autem in versu pentapode. in minoribus speciebus *pausae* minorem habemus rationem.

Quando versus sex pedum habet Caesuram pentemimerin, item pedem tertium Pyrrichium; pausa admodum gratè coincidit cum syllabâ quintâ. ut

**De bleike schimmen // die ons terurig tegenquamen.**

Hoc idem et commune est versibus quatuor pedum. ut

**Komt u dan ontweer // van den haet.**

Similiter si versui pentapodi est Caesura triemimeris, simulque pes secundus pyrrichius, pausa incidit cum syllabâ tertiâ. ut

**Op spruiten // van den ouden Kadmus / hoe!**

Quod ipsum et iterum evenit in versu tetrapode, ut.

**Doozhoektheid // van beleid en oordeel.**

Mo-

pausam aliis in sedibus facere licebit. Sin contendat, quispiam breuium ac longarum alternatione, adiectaque versibus alternis breui syllaba, qua Iambici nostri hypercatalectici fiant, sonorum varietati sic satis prospectum esse: et is sensu suo fruatur.

Monita haec, aptè observata, mirabilem habent potentiam: ut in Poëmatis nostratium videre datur.

(\*) *Similiter desinens* in eo est nobis, quod in clau-

(\*) ὁμοιοτέλευτον, nostratibus de rîjm dictum, (quam appellationem, ut et cognatam ei Germanicam, Gallicam, Anglicamque non inepte *СЭСНЕР. Prim. Lin. Jag. T. I. p. 235.* a rhythmî vocabulo, sono non absimili, significatione diuerso, repetit,) ὁμοιοτέλευτον igitur in arte Belgarum poëtica dignitatem suam hactenus tuetur. In eoque ipsa sibi etiamnum placet Gallia. Olim quidem ipse *RONSARDVS*; e Gallis e nostris *VOSSEVS* (ut ipse profitetur *Orat. Inst. Part. alt. L. V. C. V.*) *HOOFIUS* item (*Der scherpe Dichten bl. 223.*) et, modo non fallar, *BRANDTIORVM* aliquis quaedam in Graeco, Latinoque versuum genere tentârunt. Nec *ALPHENII SWILDENSII*que hac in re conatus nostro tempore infelices fuere. Sed, quamuis dudum Itali, cum Anglis ὁμοιοτελεύτων vsum abrogauerint, ac Germani hodie metris Latinorum omnia fere scribant, nondum haec nouitatis poëticae exempla Batauorum animos commouent. Experientia docebit, non ego, quid aliquando futurum sit. Ceteroqui tam homines sumus, quam alii. Quod rationes non possunt; id forte consuetudo, et docta quaedam hominû politiorum, ut ita dicam, contagio efficiet. Sane a versibus nostris abesse possunt ὁμοιοτελεύτων. Nam si de fati eorum et originem cognoscamus, Arabibus deberi *ИВЪТІО*, fati probabiliter affirmanti, dabimus. Horum oratio poëtica, teste *CASIRIO* in *Biblioth. Arabico-Hispana Escorialensi* (cuius hac de re verba exscripsit *IOSEPHVS BARETTI. Itin. Angl. Lusit. Hisp. ac Gall. Tom. III. ep. LVII. p. 40. seq. interpr. Belg.*) praeter pedum numerum, syllabis similiter desinentibus in fine singulorum versuum gaudet. Iam illud recordemur, Saracenos, gentem natione Arabicam, seculo post N. C. octauo, Galliam Narbonensem, siue, quo nomine alias dicitur, Prouinciam Romanam cum ipsa Hispania tenuisse. Deleti in Gallia a Carolo Martello literas suas, ut fit, in ea regione reliquisse, studiumque ὁμοιοτελεύτων poëtis illis Nar-

clausulâ respondet versus constrictus constricto, protactus protracto: idque vel immediatè et sub-

fe-

Narbonensibus, quos Galli *les Troubadours* dixerunt, tradidisse videntur; a quibus in ceteras deinde gentes propagatam fuit. Habes fata. De origine videamus. Quae quidem est in necessitate quadam memoriam in addiscendis sententiis moralibus odisque siue publicis, siue priuatis adiuuandi certo aliquo, et communi proportionem suam, perspicuo vocabulorum habitu. Hunc populi, linguae elegantioris studiosi, quales Romani humaniores (nam rudiores et antiquissimos eorum *ὁμοιοτέλευτα* adhibuisse ostendunt IO. ALB. FABRICIVS et qui ab eodem laudantur *Bibl. Med. et Inf. Lat.* Lib. XI. Tom. IV. p. 775.) exacto syllabarum numero, et accurato longarum breuiumque ordine feliciter assecuti sunt: ceteris primum sola in mentem venerunt *ὁμοιοτέλευτα*. Quoniam vero nunc cum maxime metri etiam religiose ratio habetur, versuum officio abunde satisfactum est, nec, superiorum temporum adiumenta simpliciter desideramus. Eodem fere modo historiam *ὁμοιοτελεύτου* enarrat SVLZERVS *Lib. I. T. IV. v. Reim.*, qui forte p. 44. paullo inclementius de eo iudicat. Adeone *consonantia*, ab ipsis veteribus non in fine quidem, sed aliis versuum sedibus usitata ad sensum, ac memoriam nihil facit? Nec magis eo ingenia impediuntur, quam cum vocabula in pedes ac metra, quae a nostris saltem pronuntiandi legibus abhorreant, coguntur. Nam dactyli, nobis veri in vna voce non sunt, vltima syllaba fere producta: Spondei ad genus vel Iamborum, vel trochaeorum pertinent, ipso fatente RAMMLERO interpr. RATTVS. T. I. p. 174; quibus tamen pedibus in Alcáico, verbi causa, aut hexametro vtuntur. Et, quia hexametrorum mentio incidit, non nego, si qui per naturam linguarum septentrionalium rite fieri possint, ad aures nostras Alexandrinis, qui vocantur versibus longe accommodatiores esse. Sed, cum illi plerumque, caesura, praecipua hexametri virtute, careant, his contenti esse malimus, qui sunt in genere suo optimi, et, contra quam RAMMLERO p. 177. visum, Iambicis, Latinorum senariis puris sic satis respondent. Atque haec quidem hic loci sufficiant.



L I N G U A E  
 B E L G I C A E  
 I D E A  
 R H E T O R I C A.

---

C A P. XXI.

*De Rhetoricâ Belgicâ, seu vocum ordine  
 artificiali.*

**R**estat nunc unice dicere, quae sint linguae nostrae partes in ipsâ *conscribendi* praxi, sive ligatâ sive solutâ. Et quidem utramque hîc faciunt paginam *Idioma congruum* et *Oratio numerosa*: illud modo didicimus componere in Grammaticâ; (\*) isthanc jam ibimus tractatum.

In Oratione adhibetur dictionum ordo, non qui

(\*) Artem eloquentiae magistrâ pluribus constare partibus, vel pueris notum est. Noster vero, cuius consilium fuit, quae praecipue ad populares facere videbantur, docendi, *elocutionem* tantum, nec eam integram, attingit. Troporum figuramque doctrinam, huc etiam pertinentem, peculiari libello belgicè tradidit DAVID HOOGSTRA-TANVS, inscripsitque: *Beginfelen of kort begrip der Nederijkkunst / Amst. 1725.*

à *naturâ* manat solus et simplex; sed etiâ qui *ab arte*. Exigit quidem series ut *naturalem* ordinem noscamus prius: hîc quando cum Belgis ita agitur ut cum Latinis; valdè ex instituto fuerit pro isthoc ordine *naturali* inspicere caput singulare, quod pluries laudatus GERH. JOH. VOSSIUS ei dicavit in suâ *Grammaticâ*.

Tum porrò constabit *Artis* opus in cunctâ *naturalis* istius ordinis *transpositione*, quam genius nostrae linguae fert.

Ille genius hîc unicus est Deus - Terminus ac limes, *usu* solo definitus; quemque transilire nefas; ac nulla hîc gratia; praesertim in solutâ oratione: nam in ligatâ quandoque licentia admittitur.

Quantùm attinet ad *numerum*, (Gallis, *cadance*) est ille pro duplici *Orationis* genere aut *Poëtico* aut *Oratorius*: de *Poëtico* modò actum. (\*) De  
Ora-

(\*) Numeros oratorios non multum curant plerique *Oratorum* Belgarum. Certe *usus* eorum hodie tam est apud nostrates rarus et infrequens, ut scribentibus forte fortuna excidere, non adhiberi consilio appareat. Sunt autem partes longioris cuiusdam sententiae sibi inuicem fere aequales, et, ut SCHELLERI de Latinis doctrinam (Vid. *P. S. B. L.* Tom. I. p. 259. seqq.) huc migremus, triplici maxime genere cernuntur. Primum est in ea aequalitate, qua certa quaedam vocabula in diuersis enuntiationis partibus eodem modo sibi inuicem respondent. Sic numeros agnoscas in illa Nazianzeni sententia (GREG. NAZIANZ. van de Mededeelzaamheid: — in 't Nêerlandse overgezagt door P. FRANCIVS. bl. 17.) — Alle zijn wy een in den Heere; het zy wy RIJK of ARM; DIENSTBAAR, of VRYGEBOREN; GEZONT, ofte KRANK zijn. Vni vocabulo vnum in singulis enuntiationis partibus respondere, intelligis. Bina autem binis in *Henriciana* oratione: (HOOFDS Wêrldsk de Grote p. m. 138.) En-  
I DE

*Oratorio* in universum, item quatenus tropos, et figuras, praelibari est maximè consultum quae idem

VOS-

de die na RÓÓF en LÓF tóght / moet ze van den KLING en den KOEGEL halen. Et apud eundem alibi in de Nederl. Histor. Noch ACHTBAARHEIT van STAAT, noch EERWAARDY van OUDERDOM, noch WEERLOOSHEIT van SEXE, noch ONMONDIGHEIT van JEUGT, noch TEDERHEIT van JAREN waren in den weg; AANZIENLYKE REGEERDERS, AFGELEEFDE GRYZEN, ZWAKKE VROUWEN, SCHREUMIGE MAAGDEN. BAARDELOOZE JONGERS, ONNOZELE KINDEREN bezuurden den gemenen overgang der mooztdadigheid. Sed et terna ad se inuicem referuntur: Cuius rei exemplum sit sententia PETRI ABRESCHII; Theologi in paucis elegantissimi, ac literarum Graecarum Latinarumque intelligentissimi: [Leerrede op den bijzonderen Dank- en Bededag in — Groningen. bl. 3.] Welk ene grote menigte van lieden — zag men niet / van dien tijd aan / dooz ZWARE KOORTSEN AANGETAST; op een LANGWIJLIG LEGER NEERGELEGD; met HOOOGGAANDE BENAUWDHEDEN WORSTELLENDE; en in OGENSCHIJNLIJK DOODS-GEVAAR INGEWIKKELD?

Alterum numerorum oratoriorum genus est, cum pars intercisa enuntiationis posterior enuntiationem insertam aequiparat: aut, cum omnis in uniuersum enuntiatione posterior, non intercisa licet, alteram priorem, cum qua coniuncta es parum excedit. Sic scripsit, HOOFDINGS: (Rampsaligheden d. verh. v. d. Huize v. Medicis. bl. 91.) Twee jaaren hier naa / ALS FRANÇOIS NU IN ZIJN VIERENTWINTIGSTE GINK, STELDE COSMO 'T GANSCHE BEWIND IN DIENS HANDEN; doch behieldt aan zich de tytel en waardigheden. Numerose etiam, quamquam nulla enuntiatione inserta, cadit haec eiusdem sententia: (Henrik de Grote bl. 278.) INDIEN 'ER INGEBOORNEN DEZES RYX ZÓ LAF VAN GEMOEDT ZYN, DAT ZY ONDER DE SPAANSCHER OPGHEBLAZENHEIDT STAAN KONNEN, handt ze dooz verloghende Francoizen.

Ter-

Vossius vel alius Grammaticus est persecutus, quoad linguam latinam, in Rhetoricâ; et tum inde avocari quae ad nostram spectant. Ad cuius concentum et harmoniam identidem dictio seligenda, alius non est nisi *numerus*: idem ille qui metaplasmo Grammatico locum facit: denique *numerus*, ad eumque dictionis delectus et *transpositio*, id apud nos est, à quo pendet omnis styli proprietates, sive magnifici, sive humilis, sive mediocris. In dictionum delectu plurimum juvatur a multiplici, quâ mirifice pollemus, *compositione* et *decompositione*: in eâ enim vel Graecos longe praevertimur; uti et omnem aliam linguam gentis vicinæ. Praxis haec *seligendi* et *transponendi*, ante seculum minus tentata, linquebat majorum nostrorum stylium magis siccum. Etiam versio Biblica Dordracena, quod ibi, ob materiae pondus, in praxi isthâc non licuit ex animo vagari, inde evadit aliquantò jejunior: disertè enim curarunt Proceres ibi non metaplasmicam linguam adhibitam, verum communem et analogiae tenaciorem; nec plus Rhetorices, quam praefert textus authenticus: quod probè animadvortant,

Tertium genus numerorum est, cum *membrum*, quod vocant, orationis postremum, sive posterior intercissae enuntiationis pars sit, sive enuntiationem ipsa efficiat, antecedenti enuntiationi aequa esse percipitur. Quomodo comparatae sunt ultimae enuntiationes sententiarum, ex hoc otio postremo loco violatarum. Numeri autem omnibus sententiis inferri neque possunt, neque debent. Quis enim in rebus aut subtiliter, aut simpliciter explicandis tam abundaret otio, vel tam impestiva diligentia vteretur. In orationibus maxime numeros expectamus: in ceteris, vbi res patitur, non aspernamur.

tant, quorum intemperantia hic ad res novas pro-  
pendit. Verùm ex quo auctores eandem praxin co-  
luerunt laxioribus habenis (uti jam statim, post  
habitum Coetum Grammaticum antè memoratum,  
factitari est coeptum ab alio atque alio bono scripto-  
re) via est strata ad Eloquentiae nostrae Belgicae  
incredibile fastigium.

Repetimus hic, linguâ Belgicâ, quae Rhetorices  
objectum, nullâ aliâ opus esse nisi *communi*: licet  
enim quidam hic in profâ *dialectum poëticam* adhi-  
beant, planè non sine ornatu; (ut HOOFDIUS ac  
VONDELIUS) id tamen minimè ad Rhetorices no-  
strae essentiam pertinet. Logici distinguere, lin-  
guam communem esse Rhetorices Belgicae objectum  
propriè ac *per se*; Dialectum metaplasmicam *per  
accidens*.

Adducemus jam ordinis *naturalis* quaedam speci-  
mina; quae ibimus *transpositum*, quantum linguae  
nostrae genius fert.

Ordinis *naturalis* exemplum I. ubi Verbum est  
*activum ac non auxiliare; oratioque affirmans.*

1. Ik / 2. brenge / 3. heden / 4. aen de bryd /  
5. den bloemkrans / 6. van de hofstede / 7. te  
huis: 8. eierlyk geblogten / 9. om daer mede te  
pronken.

Adnotari hîc debet, hunc esse linguae nostrae  
genium in *ordine naturali*, ut primam sibi sedem  
vindictet nominativus qui a fronte erit verbi:  
II. Ipsum verbum activum. III. Adverbium tem-  
poris. IV. Dativus, cui. V. Accusativus patiens.  
VI. Ablativus à quo: VII. Adverbium loci. (Ac  
in terminis his VII. subsistere posset omne periodi  
segmen-



segmentum.) Porrò tunc VIII. accusativi patientis circumscriptio formâ aut modo. IX. Causa, ratio, finis, pretium, etc. neque ulterius abire necesse.

II. Exemplum, *ubi Verbum itidem est activum ac non auxiliare; sed oratio negans.*

1. Ik / 2. en / 3. brenge / 4. heden / 5. aen de bzuïd / 6. den bloemkrans / 7. van de hofstede / 8. niet / 9. te huis.

Omnia ut antè: nisi quòd antecedens negandi particula **en** praecedit Verbum immediatè, particula consequens **niet** post verbum venit, idque immediatè ante adverbium loci.

III. Exemplum; *ubi Verbum habetur activum cum auxiliaribus sullen vel hebben; oratioque est affirmans.*

1. Ik / 2. sal / 3. heden / 4. aen de bzuïd / 5. den bloemkrans / 6. van de hofstede / 7. te huis / 8. brengen.

1. Ik / 2. hebbe / 3. heden / 4. aen de bzuïd / 5. den bloemkrans / 6. van de hofstede / 7. te huis / 8. gebracht.

*Ubi verbum est passivum: quando adhibentur auxiliaria sijn / worden: etiam par ratio est.*

1. De bloemkrans / 2. is of word / 3. heden / 4. aen de bzuïd / 5. van de hofstede / 6. te huis / 7. gebracht.

Qui in activo erat accusativus patientis, hic nominativus est, primamque ergo sedem occupat.

IV. Exemplum, *ubi verba adhibentur auxiliaria, oratioque est negans.*

1. Ik / 2. en / 3. sal / 4. heden / 5. aen de bzuïd /



bzuid/ 6. den bloemkrans/ 7. van de hofstede/  
8. niet/ 9. te huis/ 10. brengen.

1. Ik/ 2. en/ 3. hebbe/ 4. heden/ 5. aen de  
bzuid/ 6. den bloemkrans/ 7. van de hofstede/  
8. niet/ 9. te huis/ 10. gebracht.

1. De bloemkrans/ 2. en/ 3. is of word/ 4. he-  
den/ 5. aen de bzuid/ 6. van de hofstede/ 7. niet/  
8. te huis/ 9. gebracht.

Omnia ut exemplo II. **en** praemittitur immediatè  
verbo auxiliari; **niet** adverbio loci.

Sequuntur monita quaedam de eodem ordine na-  
turali.

I. Qualitas, modus, dictioni si adjicitur; imme-  
ditatè eam comitatur: *antè*, ubi adjectivum; *post*,  
ubi adverbium aut participium passivum. Ut, **den  
sierlijken bloemkrans: den bloemkrans geheelijk:  
den bloemkrans ongeschonden.**

II. **E** VOSSIO addo. Si adhibetur particula exci-  
tandi; ut interjectiones adverbialque optandi, hor-  
tandi, vocandi, demonstrandi, rogandi: ea po-  
nenda ante primam sedem: nec non adverbia pro-  
hibendi aut similitudinis; item relativa, ut *cum*,  
*quando*, *donec*. etc. conjunctiones causales et ra-  
tionales, *quandoquidem* etc. item vocativi, et no-  
mina vel pronomina interrogativa; ut *quis*, *uter*,  
*cujus*, *cujas* etc.

III. Pronominis demonstrativi, ad antecedens  
relati, adhibitio; item oratio interrogans; invertit  
locum particularum negativarum. Ut, sine pro-  
nomine, **de man en brengt niet.** Contrà cum  
pronome, **de man/ die niet en brengt.** Porro  
interrogativè affirmando. **Is de bloemkrans ge-  
bracht?**

bragt? negando. En is de bloemkrans niet gebragt? &c.

IV. Inversio eadem contingit etiam cum conjunctionibus plurimis.

Superiora quatuor exempla sic transponere aggredimur. Exemplum 1, in naturali ordine, nobis erat. 1. Ik / 2. brenge / 3. heden / 4. aen de bruid / 5. den bloemkrans / 6. van de hofstede / 7. te huis. Id potest congruè transponi sic.

I. 1. Ik / 2. brenge / 3. heden / 5. den bloemkrans / 4. aen de bruid / 6. van de hofstede / 7. te huis.

II. 1. Ik / 2. brenge / 3. heden / 5. den bloemkrans / 6. van de hofstede / 4. aen de bruid / 7. te huis.

III. 1. Ik / 2. brenge / 3. heden / 6. van de hofstede / 5. den bloemkrans / 4. aen de bruid / 7. te huis.

IV. 3. Heden / 2. brenge / 1. ik / 4. aen de bruid / 5. den bloemkrans / 6. van de hofstede / 7. te huis.

V. 3. Heden / 2. brenge / 1. ik / 5. den bloemkrans / 4. aen de bruid / 6. van de hofstede / 7. te huis.

VI. 3. Heden / 2. brenge / 1. ik / 6. van de hofstede / 4. aen de bruid / 5. den bloemkrans / 7. t'huis.

VII. 4. Aen de bruid / 2. brenge / 1. ik / 3. heden / 5. den bloemkrans / 6. van de hofstede / 7. t'huis.

VIII. 4. Aen de bruid / 2. brenge / 1. ik / 3. heden / 6. van de hofstede / 5. den bloemkrans / 7. t'huis.

IX. 5. Den bloemkrans / 2. bzenge / 1. ik /  
3. heden / 4. aen de bzuid / 6. van de hofstede /  
7. t'huig.

X. 5. Den bloemkrans / 2. bzenge / 1. ik /  
3. heden / 6. van de hofstede / 4. aen de bzuid /  
7. t'huig.

XI. 6. Dan de hofstede / 2. bzenge / 1. ik /  
3. heden / 4. aen de bzuid / 5. den bloemkrans /  
7. t'huig.

XII. 6. Dan de hofstede / 2. bzenge / 1. ik /  
3. heden / 5. den bloemkrans / 4. aen de bzuid /  
7. t'huig.

In II. exemplo, ubi oratio est negans, eadem  
planè transpositiones obtinent: modò animadvertas  
particulam **en** adnecti verbo 2; **niet** adverbio 7;  
utramque praecedenter.

III. Exemplum, cum auxiliari, **sullen** / recipit  
transpositiones has octodecim.

I. 1. 2. 3. 5. 4. 6. 7. 8.	X. 4. 2. 1. 3. 6. 5. 7. 8.
II. 1. 2. 3. 6. 5. 4. 7. 8.	XI. 5. 2. 1. 3. 4. 6. 7. 8.
III. 3. 2. 1. 4. 5. 6. 7. 8.	XII. 5. 2. 1. 3. 6. 4. 7. 8.
IV. 3. 2. 1. 5. 4. 6. 7. 8.	XIII. 5. 2. 1. 3. 6. 7. 8. 4.
V. 3. 2. 1. 6. 5. 4. 7. 8.	XIV. 5. 2. 1. 3. 7. 8. 4. 6.
VI. 3. 2. 1. 4. 5. 7. 8. 6.	XV. 5. 2. 1. 3. 7. 8. 6. 4.
VII. 3. 2. 1. 5. 6. 4. 7. 8.	XVI. 6. 2. 1. 3. 4. 5. 7. 8.
VIII. 3. 2. 1. 5. 4. 7. 8. 6.	XVII. 6. 2. 1. 3. 5. 4. 7. 8.
IX. 4. 2. 1. 3. 5. 6. 7. 8.	XVIII. 6. 2. 1. 3. 7. 8. 5. 4.

Cum

Cum auxiliari **hebben**: has viginti.

I. 1. 2. 3. 5. 4. 6. 7. 8.	XI. 4. 2. 1. 3. 5. 7. 8. 6.
II. 1. 2. 3. 6. 5. 4. 7. 8.	XII. 5. 2. 1. 3. 4. 6. 7. 8.
III. 1. 2. 3. 6. 7. 8. 5. 4.	XIII. 5. 2. 1. 3. 6. 4. 7. 8.
IV. 3. 2. 1. 4. 5. 6. 7. 8.	XIV. 5. 2. 1. 3. 4. 7. 8. 6.
V. 3. 2. 1. 5. 4. 6. 7. 8.	XV. 5. 2. 1. 3. 6. 7. 8. 4.
VI. 3. 2. 1. 6. 4. 5. 7. 8.	XVI. 5. 2. 1. 3. 7. 8. 6. 4.
VII. 3. 2. 1. 6. 5. 4. 7. 8.	XVII. 5. 2. 1. 3. 7. 8. 4. 6.
VIII. 3. 2. 1. 6. 7. 8. 5. 4.	XVIII. 6. 2. 1. 3. 4. 5. 7. 8.
IX. 4. 2. 1. 3. 5. 6. 7. 8.	XIX. 6. 2. 1. 3. 5. 4. 7. 8.
X. 4. 2. 1. 3. 6. 5. 7. 8.	XX. 6. 2. 1. 3. 7. 8. 5. 4.

Cum Verbis auxiliaribus **sijn / worden**: has quatuordecim.

I. 3. 2. 1. 4. 5. 6. 7.	VIII. 4. 2. 1. 3. 6. 7. 5.
II. 3. 2. 1. 5. 4. 6. 7.	IX. 4. 2. 3. 1. 5. 6. 7.
III. 3. 2. 1. 4. 6. 7. 5.	X. 4. 2. 3. 1. 6. 7. 5.
IV. 3. 2. 1. 5. 6. 7. 4.	XI. 5. 2. 3. 1. 4. 6. 7.
V. 3. 2. 1. 6. 7. 5. 4.	XII. 5. 2. 3. 1. 6. 7. 4.
VI. 3. 2. 1. 6. 7. 4. 5.	XIII. 5. 2. 1. 3. 4. 6. 7.
VII. 4. 2. 1. 3. 5. 6. 7.	XIV. 5. 2. 1. 3. 6. 7. 4.

In IV. exemplo omnia eadem; modò pro particulis negativis eadem cautio quae admonita ad exemplum II.

Tu haec fatis indagabis. Nos digito monstrasse contenti sumus, fundamentaque posuisse in pusillâ hac congerie, è quibus omne reliquum possit deduci. Et quis alius, praeter te, ista viderit; ei ex allatis exemplis cunctum reliquum erit facile, praesertim ubi lin-

gua vivit, locusque datur in ipsâ patriâ ad vivum fontem, USUM nempe, accedere.

---

## C A P. XXII.

*Conclusio Tractatûs.*

Quemnam dictionum ordinem, aut naturalem aut arte transpositum, in oratione tuâ adhibebis; id a numero et observatione pedum moderamen recipit. Numeri lex varia pro triplici conscribendi caractere aut stylo; magnifico, humili, mediocri. Haec characterum distributio normam primùm est mutuata à personis à quibus sermo profertur, aut ad quos dirigitur, vel etiam refertur. Suntque Deus, Summa Potestas, subjecti, aequales, etc. hinc protinus clarescit characteris decentia. Sique in sermone nulla personae relatio intercedit; ut in artis, scientiae tractatione; congruit character mediocris.

Ubi Deum loquentem adducimus, caractere utendum summè magnifico: ubi ad Majestatem Divinam sermo dirigitur, idem deceret; verùm enim verò cum is ita debeat esse affectus, ut ab ingeniis tenuissimis, quin à pueris, capiatur; suffecerit hinc character mediocris. In Potestates supremas quadrat character magnificus, sive ab iis proferetur sermo, sive ad eas dirigitur, refereturve.

Numerus, sive pedum ordo per quos soluta incedet oratio, versum minimè debet redolere; considerandusque in principio, in medio, in clausulâ.

Dis-



Disquisitio, quaenam sint linguae nostrae partes in unoquoque caractere, (quod nobis hic res) propriè est qualiter sit pedum incesus, ut stylus necesariò prodeat aut *magnificus*, aut *humilis*, aut *mediocris*: „ Pro hâc omne versatur punctum *primò* in triplicis „ ejus pedum incesûs determinatione; *secundò* in „ seligendo, eique numero aptando, dictiones quae, „ sive naturali sive transposito ordine, periodum „ ejusve segmenta constituent. Determinato primo, alterum haud omninò difficile erit.

Jamque eò tandem devenimus, ut unicè restaret manum operi admovere et cujusque styli exempla in medium proferre. Verum hîc, dilecte \*\*\*\*\*, anchoram de prorâ jacere constitui: dum interim tu, monitis his imbutus, ipsemet profectûs tui periculum facies: interim Methodus, hîc in linguâ Belgicâ rector, est ista: primò Oratiunculas scripto concinnare omni, quam ars ferat, elegantîâ, energieâ, dispositione: tum in stylo magnifico, tum in mediocri. (Pro humili ne operae quidem est pretium) secundò, identidem eloquendo, earum numerum et *Cadentiam* (liceat mihi ita dicere) ad summæ venustatis amusim volvere, revolvere, emendare. Tertiò, ubi sic omne punctum tulisse tibi videberis; periodos aliquas digerere in pedes poëticos, spondeum, iambum, pyrrichium, dactylum, etc. quartò, eum pedum incesum seorsim in tabellam referre, ut normae tibi inserviat ac exemplari, cui dictionis selectus et dispositio pressè respondeat; planè eundem in modum ut versus respondent metro et ritmo. Atque factio isthaec, aliquoties tentata et repetita, in habitum brevi commutabitur; conciliabitque



que tibi, in exornandâ ad stylum quemvis oratione, firmitatem, imò Geometricam certitudinem, eandem, quae Poëtae est in componendâ quâcunque specie versûs. Neque casui aut fortunæ tunc ampliùs locus; sed ex normae et exemplaris determinatâ synthesi omne fluet necesariò, et à priori. Linguae Belgicae peculiaria hîc non adfero, sed jam olim familiaria et calcata Oratoribus Graecis ac Latinis: quin pedum observationem tanti fecit TULLIUS, ut affirmet conciones saepè exclamasse, cum verba aptè cecidissent. Porrò si, in summâ temporis brevitate, quo haec congesta, quid parciùs enucleatum invenies; id tu ipse supple; memorque esto augusti ejus verbi Imperatoris nostri JUSTINIANI in l. 2. §. 14. *C. de vet. jur. enucl. Omnium habere memoriam et penitùs in nullo peccare, divinitatis magis quam mortalitatis esse.*

F I N I S.

---

I N-

# INDEX CAPITUM

## IDEA GRAMMATICA.

CAP. I. <i>De Orthographiâ.</i>	pag. 1
II. <i>De Etymologiâ, Ufu, et linguae communis analogiâ.</i>	7
III. <i>De partibus Orationis.</i>	18
IV. <i>De Generibus.</i>	19
V. <i>De declinatione Articulorum et Substantivorum.</i>	30
VI. <i>De Adjectivorum declinatione et comparatione.</i>	40
VII. <i>De Derivativis.</i>	41
VIII. <i>De Pronomine et Numerali.</i>	48
IX. <i>De Adverbio.</i>	51
X. <i>De Praepositione.</i>	53
XI. <i>De Conjunctione et Interjectione.</i>	56
XII. <i>De Verbi analogi conjugatione.</i>	57
XIII. <i>De Verbi anomali conjugatione.</i>	72
XIV. <i>Conclusio de Verbo.</i>	75
XV. <i>De Verbalibus aut Infinitivalibus.</i>	79
XVI. <i>De Participialibus.</i>	81
XVII. <i>De Metaplasmo, et linguae Belgicae in conscribendo Dialectis.</i>	84
XVIII. <i>De Syntaxi Belgica.</i>	99

IDEA

# INDEX CAPITUM.

## IDEA POETICA.

CAP. XIX. <i>De Profodiâ.</i>	Pag. 105
XX. <i>De Belgicae Poëseos legibus.</i>	112

## IDEA RHETORICA.

XXI. <i>De Rhetoricâ Belgicâ quoad vocum ordinem artificialem.</i>	126
XXII. <i>Conclusio Tractatûs.</i>	136











